ptione significant diuersas res. ergo inter ea mediat cōiunctio. Coniunctio eñ cōiungit diuersa. vt postea patebit. Dicit secūdo in diffinitione diuersoꝝ accidentiū grāmaticaliū. scilicet. ꝑsonarū. generū. ꝛc. In ista particula tangit quadruplex ꝯceptio. scilicet. personarū. generū. numeroꝝ ꝛ casuū. Ratio aūt istius quare cōceptio solum fit penes ista quattuor accidentia. q̄a ꝯceptio ex quo est figura ꝯstructionis aliq̄d incōgruitatis ꝛ vicij ꝯtinet. sed solū penes ista accidentia quattuor causat viciū. Penes enim variationē temporis nō causat viciū. ambe eñ sunt cōgrue. socrates currit. socrates curret. Similiter penes variationē modi nō causat improprietas. vt hic vtinā legeres. si legeres. in p̄ma legeres est optatiui modi. in secūda cōiunctiui. Sic similiter dici potest de alijs accidentibus. Dicit tercio in diffinitione. diuersas vel tanq̄ diuersas res significantiū. q̄a ꝯstructibilia in conceptione aliquando significant omnino diuersas res. vt ego ꝛ tu damus. aliquando tanq̄ diuersas res. vt hic. ego ꝛ pater vnum sumus. Similiter hic. lapis ꝛ petra sunt albi. lapis ꝛ petra significāt eandē rem. nō tamen eadē ratione. quia petra significat sub proprietate passiua. dicit enim petra quasi pedibus trita. sed lapis significat sub proprietate actiua. Dicitur enim lapis quasi ledens pedem. Dicit quarto mediante cōiunctione vel aliquo ei equiualente. Per hoc etiam innuitur differentia inter appositionē ꝛ euocationē ꝛ conceptionem. vt superius declaratū est. Dicitur vltimo respectu alicuiꝰ verbi vel adiectiui. Per hoc innuitur diuersus modus conceptionis. Cōceptio enim personarum fit respectu verbi. sed generum respectu adiectiui.

Notandū secūdo q̄ conceptio personarū vt habet ex littera sic describitur. Conceptio personarū est ꝯstructibiliū diuersarū personarū. diuersas vel tanq̄ diuersas res significantiū. respectu alicuius verbi conformantis se in persona cum dictione concipiente ꝛ nō concepta. mediante coniunctione copulatiua vel aliquo ei equiualente. explicite vel implicite permissiua associatio. Cuius diffinitionis declaratio haberi potest sufficienter ex generali diffinitione conceptionis. Viciū autem in conceptione personarum est disconuenientia partialis suppositi cum apposito in persona. Dictio eñ concepta disconuenit cum verbo in persona. Dicitur autem personaruꝫ a persona. quia in tali conceptione fit disconuenientia in persona Ratio autem excusans est duplex. quedam generalis. Et est triplex de quo satis dictum est circa appositionem. Ratio autem excusans spe-

ctialis est vt vnus actus verbalis in specie significaretur ineſſe diuſis rebus ꝛ perſonis. vt ego ꝛ tu damus. vbi actus dandi ſignifica. ineſſe mihi ꝛ tibi. Dico not anter in ſpecie. quia idem actus in numero nō poteſt conuenire vel ineſſe pluribus. Dicit enim quarto phiſicorū q̄ idem nō eſt in diuerſis ſcōm numerū. Ex littera autem Alexādri eliciuntur quattuor regule de conceptione perſonarū. Quarū prima eſt iſta. Dictio pronominalis prime perſone apta nata eſt concipere dictionē pronominalē ſecunde perſone ad reddendū ſuppoſitum verbo. quod conformat ſe in perſona cū dictione concipiente et nō concepta. vt ego ꝛ tu damus. Secunda regula. Dictio pronominalis prime perſone apta nata eſt concipere dictionē nominalē tercie perſone ad reddendum ſuppoſitum verbo. quod conformat ſe in perſona cum dictione concipiente ꝛ non concepta. vt ego ꝛ frater rogamus. Tercia regula. Dictio pronominalis ſecunde perſone apta nata ē cōcipere dictionē nominalē tercie perſone ad reddendū ſuppoſitū verbo ſecunde perſone. quod conformat ſe in perſona cum dictione concipiente ꝛ nō concepta. vt tu ꝛ frater rogatis. Quarta regula. Dictio nominalis tercie perſone apta nata eſt concipere dictionē tercie perſone ad reddendū ſuppoſitū verbū quod cōformat ſe in perſona tam cū dictione cōcipiente q̄ cōcepta. vt dñs ꝛ ſeruus precant. Ratio regule quarte. prima ꝛ ſecūda pſona concipiunt terciā. qa prime et ſecūde pſone ſignificāt certe ꝛ determinate. qa p modū p̄ſentis ꝛ p̄ſentie. ſed tercia perſona ſignificat incerte. modo oīe incertū debet limitari ꝛ finiri p certū ꝛ finitū. Et ſi diceret aliq̄s. tūc ex iſto ſequeretur q̄ prima pſona nō ꝛciperet ſecūdā. qa ambe ſignificāt certe. Dicendū. verū eſt q̄ tam prima q̄ ſcda ſignificāt certe. tamē prima adhuc certi⁹ ſignificat q̄ ſcda. patet. qa p pſonā primā ſemp ſignificam⁹ rem ſub actu p̄ſentie. per pſonā aūt ſecūdā poſſum⁹ ſignificare ne dū p̄ſentē. ſed etiā abſentē. poſſum⁹ eīm p hoc pronomē tu demōſtrare rem longe diſtantē. vt tu homo q̄ es rome. licet hoc nō habeam⁹ in vſu: tamē nō repugnat. Et ſicut poſite ſunt regule quattuor de ꝛceptiōe pſonarū explicita. ita etiā poſſunt poni quattuor regule de ꝛceptiōe pſonarū implicita. Prima vbi dictio prime pſone implicite ꝛcipit ſcdam. vt ego cū te currim⁹. Secūda. vbi dictio prime pſone ꝛcipit dictionē tercie pſone. vt ego cū petro gaudem⁹. Tercia. vbi dictio ſecūde pſone ꝛcipit dictionē tercie pſone. vt tu cū petro gaudetis. Quarta. vbi vna dictio tercie perſone concipit aliam. vt. Petrus cum paulo regnant.

Notãdũ tercio ꝓ meliori intellectiõe regularũ dictarũ. Cõceptio ꝓsonarũ est duplex. scilicet explicita ⁊ implicita. Explicita est. vbi tam dictio cõcipiens q̃ dictio ꝓcepta exp̃muntur sub eisdẽ casib⁹ mediãte ꝓiũctiõe copulatiua vel aliquo ei equiualẽte. vt hic. ego ⁊ tu damus. Cõceptio ꝓsonarũ implicita est vbi dictio concipiens ⁊ cõcepta nõ sub eisdẽ casibus exp̃munt. vel vbi dictio concipiens ⁊ cõcepta nõ ambe expresse ponunt. Exẽplũ p̃mi. ego cũ petro gaudemus. Exemplũ secũdi. nos legimus. demõstrando me ⁊ te. que valet tm̃. ego cũ te legimus. Hãc aũt diuisionẽ alij grãmatici exp̃imunt sub alijs verbis ⁊ dicunt. Cõceptio ꝓsonarũ est duplex. quedã directa ⁊ quedã indirecta. implicitã dicunt indirectã. explicitam autem directã. Sequit corrollarie q̃ in cõceptione personaꝝ implicita vel indirecta quantũ ad vocẽ ⁊ p̃nũ rectũ nõ semp est incongruitas tamen quantũ ad rectũ secũdũ ⁊ resolutionẽ bene est incongruitas. Patet corrollariũ de ista. nos legimus. que scõm vocẽ est ꝓgrua licet scõm resolutionẽ est incongrua. ḋa valet tm̃. ego ⁊ tu legimus. Sequitur corrollarie secũdo q̃ conceptio ꝓsonarum implicita fit per ꝓpositionẽ associatiuã cũ. ⁊ nõ p illã ꝓiunctionẽ vel. Ratio. ḋa ꝓpositio associatiua cũ equiualet ꝓiunctiõi copulatiue ⁊ eã includit. Et ista ego vado cũ iohãne. valet tm̃. ego vado. ⁊ iohãnes vadit. Sicut ergo ꝓceptio ꝓsonaꝝ explicite fit per cõiunctionẽ copulatiuã ⁊. ita et implicita ⁊ indirecta fit per ꝓpositionẽ cũ associatiuã. Ratio antẽ istius quare ꝓceptio personarũ explicita nõ fit per cõiunctionem vel sed per ⁊ est ista. ḋa in cõceptiõe personarũ diuersa debent cõiungi respectu alicuius tercij: ḋbus diuersis vnus ⁊ idem actus verbalis fm speciẽ significat inesse vt dictũ est ante. sed ꝓiunctio disiunctiua vel hoc nõ denotat. Cõiunctio eñ disiunctiua ꝓiungit dictiones. sed disiungit. sensus. cũ eñ dicit homo vel asinus currit. significat q̃ homo currit. et asinus currit. modo in cõceptione personarũ debet esse coniunctio ⁊ cõbinatio diuersarũ dictionũ ⁊ etiã sententiarũ. vt homo vel asinus currit. Sed cõiunctio copulatiua cõiungit dictiones ⁊ sensus. vt iohannes ⁊ petrus currunt. sed in conceptione personarũ debet esse coniunctio dictionũ ⁊ sententiarũ. Patet ergo quare conceptio personarũ nõ fit per coniunctionẽ disiunctiuã sicut fit per copulatiuam.

Notandũ quarto ⁊ vltimo. Pro solutiõe cuiusdã dubij. Vtrũ inter tercias ꝓsonas fit ꝓceptio. Sciendũ q̃ cõceptio ꝓ-

sonarū est duplex. scilicet violenta ⁊ naturalis. Violenta est in qua dictio cōcipiens ⁊ concepta sunt diuersarū personarū. Et dicit violēta similitudinarie. qa sicut illud violentat in natura qō a ppria natura ⁊ dispositiōe trahit. vt cū aqua calefit p ignē. Sic similiter in arte vna dictio violentat aliā. trahendo eā ad suā psonā. vt ego paup lu do. Cōceptio naturalis est quādo dictio cōcipiēs ⁊ cepta sunt eiusdē psone. vt. Dñs ⁊ seruus pcant. Et dicit naturalis. qa sicut vnum ens naturale ppōrionatū alteri adiuuat alterū in actiōe sua. Sic eīm additū simili facit ipm magis tale. vt patet secūdo topicoꝝ. Sic similiter fit in ppōsito q dictiones earūdē psonarū faciūt ⁊ dicūt facere pceptionē naturalē. Sequit corollarie pmo q inter tercias personas nō fit cōceptio violenta. Ratio. qa inter tercias psonas nō est diuersitas psonarū. ⁊ ibi dictio pcipiens ⁊ pcepta sunt eiusdem psone. Sequit corollarie secūdo q inter tercias psonas fit bene pceptio naturalis. Ratio. qa inter tercias psonas est ydemptitas psone. qō requiritur ad pceptionē naturalē. vt deductū est. Sequit corollarie tercio q alexāder nō ptradicit sibijpi eo q dicit pmo in littera. Cōcipit i termis. ⁊ postea dicit. Neutraq; pcipit. patet. qa ptradictio debet fieri ad idem ⁊ in eodē sensu. vt patet pmo periarmenarū ⁊ pmo elencoꝝ. modo alexāder in textu loquit ad diuersa. qa in vno loco loquit disputatiue cū dicit. Cōcipit in termis. In alio vo loco cū dicit. Neutraq; cocipit alexāder loquit assertiue ⁊ scientifice. Vel possum⁹ dicere q inter tercias psonas fit pceptio cōmuniter dicta. sed nō ppie dicta. Sequit corollarie quarto q pceptio dicit psonaꝝ nō vt persona accipit p re significata p psonā grammaticalē. qa grāmatic⁹ non psiderat de reb⁹. sed debet capi psona p accidēte. qō est psona. Istis notabilibus sic stantibus est conclusio responsalis.

Cōclusio. Cōceptiōis in genere diuisio. ⁊ cōceptiōnis psonarū diffinitio ex littera alexandri est sufficienter assignata. Patet conclusio ex notabilibus.

Arguit pmo. Diuisio pceptiōis in generū. numeroꝝ ⁊ personarū nō est sufficiēter assignata. pbat. qa aliqua est pceptio casuū vt ostēdit iohānes ianuensis in catholicon. ergo alexāder est insufficiēs. Dico. licet alexāder nō ponit pceptionē casuū expresse. tamē ponit eam implicite. qa cōprehendit eā sub pceptione generū ⁊ personarum. vt postea patebit.

Arguit secūdo. Littera alexādri est superflua. pbat. qa Alexander hic enumerat pceptionē numeroꝝ. quā postea nō exsequit. videt ergo

c.

¶ tertera alexandri sit superflua. Dico licet alexāder nō determinat de cōceptione numeroꝝ explicite. tamē implicite eaꝝ comprehendit sub conceptione generū ⁊ personarū. vt patebit.

¶ Arguit tercio. Prima psona nō ꝯcipit secūdā. igit regula falsa. pbat antecedēs. certū ꝯcipit incertū. sed tam prima psona ꝙ secūda significāt certe. igit prima nō ꝯcipit secūdā. Maioꝛ est nota ex notabili scōo. Minoꝛ est nota. qa tercia psona significat incerte. prima aūt ⁊ secūda significant certe. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ prima ⁊ secūda psona scōm se ꝯsiderate certe significāt. tamē prima psona cōparata ad secūdā cercioꝛ est ꝙ secūda. pater. qa ꝙ primā psonā solū significamus rem p̄sentē. sed ꝙ scōam etiā possumus significare rem absentem. vt tu deus qui es in celis.

¶ Arguitur quarto. Prima psona nō ꝯcipit scōam. igit. pbat. qa sequitur bene. nulla tercia psona concipit secūdā. oīs prima psona concipit secūdā. igit prima psona nō ꝯcipit secūdā. Tenet. sequēcia in celarent. Dico ꝙ argumentū nō valet. qa plus est p̄dicatū minoꝛis ꝙ subiectū distributiuū maioꝛis. qa p̄dicatū minoꝛis. hoc est totū concipiens tercia personā subiectū in maioꝛi est hoc solū tercie persone.

¶ Arguit ḋnto. Cōstructibilia in ꝯceptione psonarū nō significant diuersa. ergo nō diffinitio ꝯceptiōis psonarum nō valet. pbat in ista oratiōe. ego ⁊ pater vnū sumus. hic est ꝯceptio psonarū. qa prima concipit terciam personam. ⁊ tamē constructibilia illa significant idem. qa pater ⁊ filius in diuinis dicūt eandē essentiā. Dico verū argumentū ꝯcludit ꝙ in ista oratiōe. ego ⁊ pater vnū sumus ꝯstructibilia non significāt vere diuersa. tamen significant tanꝙ diuersa. pater ergo ⁊ filius in diuinis significant trīn idem essentialiter. differunt tamen personaliter.

¶ Arguitur sexto. Cōceptio psonarū est oratio simpliciter congrua. Probat de ista. nos legimus. quia est oratio conceptoria. quia valet tantū. ego ⁊ tu legimus. vt patet per resolutionē. tamen ista est simpliciter congrua. nos legimus. Probat. qa suppositū scilicet nos ⁊ appositū scilicet legimus cōueniunt in numero. in persona. ⁊ in rectitudine casus. modo illa sufficiunt ad congruitatē orationis suppositorialis. Dico ꝙ ista. nos legimus quo ad vocē est congrua. tamē quo ad resolutionē trīn est incongrua. Et isto modo bene est oratio ꝯceptoria. vt dictū est in notabili tercio.

¶ Arguitur septimo. Idem ⁊ vnus actus verbalis nō potest esse in diuersis rebus. igitur ratio excusans conceptionē personarū nō est

bene.posita. Probat antecedens.quia dicitur quarto phisicoꝝ. idem nō est in diuersis. Et septimo methaphisice dicit q accidens non migrat de subiecto in subiectū.quod contingeret si idem actus verbalis inesset diuersis rebus. Dico verū argumentū concludit q idem actus in specie potest esse in diuersis.t hoc etiam volunt autores p. allegati.

¶ Arguitur octauo. Alexander contradicit sibipsi. ergo processus eius nō valet. Probatur antecedens.quia in primis dixit q inter tercias personas fit conceptio.t postea dixit q inter tercias personas nō fit conceptio.modo dicere conceptionem fieri inter tercias personas t nō fieri est contradictio. Dico verū argumentum ꝓcluderet q alexander contradiceret sibipsi si hoc fieret ad idem.modo hoc non fit ad idem.quia cum dicit. Concipit in ternis que primo locatur in illis.loquitur opinatiue t scōm sententias aliorum. Sed postea cum dicit. Neutraq concipitur ꝛc. loquitur assertiue t scōm veritatem.

De dubiosa opinione ipsius vocatiui.

Sed non per quintum fiet conceptio casum
Si quintus desit:tu petre tuiq rogate
Cūq tuis socijs orate facer dyonisi
Inter personas non fit conceptio ternas
Sed per et aut per cum conceptio fiet earum
Neutraq concipitur.dominus seruusq precantur
Petrus cum paulo rēgnant cum rege supremo
Pluribus est tanq sententia certa q inter
Personas possit fieri conceptio ternas.

¶ Utrum vocatiuus reddens verbo suppositum facere habeat conceptionem personarum; Pro intellectione questionis note.

Notādū est p̄mo ꝙ questio hec duo querit Primo querit vtrū vocatiu⁹ reddit suppositū. Scd̄o querit vtrū ꝑ vocatiuū habeat fieri ꝯceptio ꝑsonaꝝ. Sciēdū ꝙ secūde partis questiōis veritas p̄mā partē questionis p̄supponit. Si em̄ tenere volum⁹ vocatiuū reddere verbo suppositū. planū erit ꝙ ꝑ eū fit ꝯceptio. Si aūt vocatiuū dicemus verbo nō reddere suppositū. necessario habebim⁹ dicere ꝑ vocatiuū nō posse fieri ꝯceptionē ꝑsonaꝝ. De isto ergo vtrum vocatiu⁹ reddat verbo suppositū apud grāmaticos magna est disceptatio. q̄dā em̄ vt cōmunes grāmatici dicūt vocatiuū reddere v̄bo suppositū. quoꝝ ratiōes ponent̄ in argumentis. Volūt tamen hoc p̄cipue auctoritate p̄sciani p̄mo minoris deducere. Ntūs ⁊ vtūs absoluti sunt. id est intransitiue ꝯstruunt̄. quare volunt ꝯcludere. ꝙ sicut ntūs reddit verbo suppositū. sic ⁊ vtūs. Alij aūt grāmatici antiqui ⁊ om̄es modiste dicūt ꝙ vtūs nō reddit suppositū verbo ꝑsonali. ⁊ de sententia ista est iohānes ianuēsis in catholicon. Florista cum dicit. Accipias q̄ntū quēlibet esse solutū. Et nō dicat̄ ꝙ ab vlla parte regatur. Rationes huius positionis patebunt circa ꝯclusionē. Quia tamen he positiōes extreme sunt. inter eas aliqui volunt ponere mediū

Pro quo notādū secūdo ꝙ scd̄m intentionē Floriste duplex est suppositū. quoddā est suppositū actuale. aliud est suppositū potentiale. Actuale est qd̄ directe ⁊ ratiōe sui reddit suppositū verbo. ⁊ tale est ntūs. Aliud aūt est suppositū potentiale. qd̄ scilicet ratiōe sui nō reddit suppositū. sed in ordine ad aliud. ⁊ hoc modo vtūs dicit̄ suppositū potentiale. Vocatiu⁹ em̄ ꝑ se nō reddit suppositū nisi ꝑ suū ntm̄. Corrollarie sequit̄ ꝙ hec est distinguenda. vtūs reddit suppositū. q̄a si intelligit̄ de supposito actuali sic est falsa. si autē potentiali est vera. Et si aliq̄s obijceret. Si vtūs est suppositū potentiale erit ergo suppositū actuale. Tenet ꝯsequētia. q̄a dicit̄ p̄mo celi. Frustra est potentia que nō reducit̄ ad actū vt patet p̄mo celi. Si ergo vtūs est suppositū potentiale. erit aliquādo actuale. Dicendum ꝙ om̄is potētia debet reduci ad actū in se vel in alio. ⁊ sic licet potētia reddendi suppositū nō reducit̄ ad actū in vocatiuo. sufficit tamen ꝙ hoc fiat in ntō. Vtrū aūt hec distinctio suppositi veritatē habeat inferius patebit.

Notādū tercio ꝙ de materia p̄sentis questionis p̄cipue partis secūde vtrū ꝑ vocatiuū fieri habeat ꝯceptio ꝑsonarum apud grāmaticos. tres inueniunt̄ positiōes. Primi em̄ dicūt ꝙ ꝑ vo-

catiuū potest fieri cōceptio. ⁊ ꝓbant sic. Om̄is vtūs est secūde ꝑson.
Sed scd̄a ꝑsona potest ꝯcipere terciā. igit̄ ꝑ vocatiuū potest fieri cō-
ceptio ꝑsonaꝝ. Scd̄o ꝓbant sic. Persona plus finita ⁊ certa potest cō
cipere ꝑsonā minus finitā ⁊ certā. sed om̄is ꝑsona secūda est ꝑlus fi-
nita q̄ tercia. vt ꝓbatū est superius. sed om̄is vtūs est secūde ꝑsone
ergo ꝑ vocatiuū potest fieri ꝯceptio ꝑsonaꝝ. Tercio arguūt sic. Ista
admittit̄. Petre cū tuo socio venite. Itez ista. Petre ⁊ heinricus ve-
nite etiā concedit̄. ⁊ nō alio modo nisi ꝑ conceptionē. Cōcluditur er-
go q̄ per vocatiuū potest fieri ꝯceptio. Quarto ꝓbant sic. Nō vide
tur maior ratio de vno vocatiuo quare faciat cōceptiouē q̄ de alio
Cōcludit̄ ergo q̄ ꝑ vocatiuū fit ꝯceptio. Vltimo ꝓbant sic q̄ alexan
der exemplificauit de vocatiuo. frustra aūt hoc fecisset si ꝑ ip̄m non
fieret ꝯceptio. Scd̄a est positio grāmaticoꝝ. qui simpliciter dicunt.
q̄ per vocatiuū nō fit ꝯceptio. ⁊ probant sic. In cōceptione personaꝝ
dictio ꝯcipiens debet reddere suppositum verbo. sed vtūs nō potest
reddere suppositū verbo. ergo ꝑ vocatiuū nō potest fieri conceptio ꝑ
sonarū. Tercia positio grāmaticoꝝ dicit q̄ aliquādo ꝑ vocatiuū po-
test fieri ꝯceptio ꝑsonarū ⁊ aliquādo nō. qd̄ sic declarat̄. q̄a vtūs po-
test ꝯcipere aliquā terciā ꝑsonā. sed nō quālibet. q̄a potest cōcipe ter
ciā ꝑsonā ꝓnoīs deriuatiui. qd̄ deriuat̄ a scd̄a ꝑsona ꝓnoīs primiti-
ui.. vt dicendo. Petre ⁊ tui socij orate. In qua oratiōe est ꝯceptio. vo
catiuus em̄ q̄a est scd̄e ꝑsone maiorē habet ꝯueniētiā ⁊ ꝯformitatem
cū ꝓ ꝓnoīe deriuatiuo tercie ꝑsone includēte scd̄am ꝑsonā sui ꝑmiti
ui. ratiōe cui⁹ ꝯformitatis grāmatici admittūt q̄ ꝑ vtm̄ potest ꝯcipi
talis tercia ꝑsona. sed generaliter nō om̄is. q̄a nō quelibet tercia ꝑso
na descendit a scd̄a. ⁊ isti dicunt hoc esse de intētiōe alexādri cū di-
cit ꝑ vocatiuū nō fit ꝯceptio. si q̄nt⁹ desit. id est nō ordinat̄ cū tercia ꝑ
sona sibi ꝯformi. sed si ordinat̄ cū tercia ꝑsona sibi ꝯformi tūc ꝑ ip̄m
fit ꝯceptio. Quāuis aūt oēs iste tres positiōes aliq̄d apparētie ha-
beāt. secūda tamē verior. ē ac dictis grāmaticoꝝ autenticoꝝ plus cō
formis. que dicit q̄ ꝑ vocatiuū nō fit ꝯceptio. tota em̄ materia fun-
dat̄ sup hoc si vocatiu⁹ reddrt suppositū. vt aūt ꝓbabit̄ q̄ vocatiuus
nullo modo reddit suppositū ⁊ ergo ꝑ ip̄m nullo modo fit conceptio.
Ad ratiōes ergo p̄me positiōis dicēdū ad p̄mā q̄ scd̄a ꝑsona potest
ꝯcipere terciā. sed nō om̄is scd̄a ꝑsona. q̄a scd̄a ꝑsoua admixta voca-
tione nō potest ꝯcipere terciā. ⁊ illa impedit̄ ratiōe vocatiōis ne pos
sit reddere suppositū verbo ⁊ ergo nō potest ꝯcipere. Ad scd̄am dicē
dū q̄ ꝑsona certa ⁊ finita potest ꝯcipere incertā ⁊ infinitā verum est

de illa secūda psona, cui nō est admixta vocatio. Ad tertiā est dicēdū q̄ ista. petre t tui socij rogate admittit ratiōe illius nti ru subintellecti. q̄ utūs faciliter intelligit ratiōe illi⁹ in suo deriuatiuo. t ideo nō oportet vt exprimat. t ergo ista. petre t tui socij venite maiorē apparentiā habet q̄ ista. petre t iohānes venite. Ad quartā dicendū q̄ alexāder exēplificat de vocatiuo nō ideo q̄ p vtm fieret ꝓceptio. sed ideo q̄ in aliqua oratiōe in qua ponit vtūs si ibi intelligit ntūs admittit p ꝓceptionē vt declaratū est. t per hoc etiā soluit argumentū t modus loquendi tercie opinionis. Tercius itaq̄ modus loquendi magis est pro secunda opinione q̄ prime.

Notandū q̄rto t vltimo q̄ scōm istas tres opiniones grāmaticoꝝ etiā littera alexādri tripliciter intelligitur. t hec cōiunctio si tripliciter tenet. Primi em̄ q̄ dicūt q̄ p vocatiuū fit ꝓceptio tenēt illā cōiunctionē si negatiue. t volunt. Si q̄ntus desit. id est vocatiu⁹ nō deest a reddītiōe suppositi. nec etiā deest a ꝓceptiōe psonarū. Alij aūt q̄ dicūt q̄ p vocatiuū nō fit ꝓceptio dicūt q̄ illa cōiūctio si debet teneri affirmatiue. t dicūt q̄ littera debet sic intelligi. Si q̄ntus desit. id est q̄ ita est q̄ vtūs nō reddit suppositū. ergo p ipm non fit ꝓceptio. Illi aūt de tercia opinione q̄ dicūt q̄ aliquādo p vocatiuū fit cōceptio t aliquādo nō dicūt q̄ si debet teneri dubitatiue. vtra dicūt alexādrū voluisse. si ita est q̄ vtūs nō reddit suppositū tunc p ipm nō fit ꝓceptio. si aūt ita est q̄ vtūs reddit suppositū tūc p ipm fit cōceptio. Quare aūt alexāder hāc difficultatē nō expresse determinauit. Ratio est ista. q̄a tpe alexādri de reddītiōe suppositi ipi⁹ vocatiui fuit magna cōtrouersia t diuersitas. Alexāder aūt ad nullā partē volēs declinare hāc difficultatē nō determinauit. iuxta em̄ Senece sentētiā. In dubijs nō diffinias. sed suspēsam tene sentētiam. Istis notabilibus sic stantibus cōclusio scōm veritatē locanda sit ista.

Cōclusio ꝑma Vocatiu⁹ nō reddit verbo ꝑsonali suppositū. Veritas huius cōclusiōis est de mēte omnū antiquoꝝ grāmaticoꝝ t modistarū q̄ de modis significādi cōstructibiliū loquūt. qui modi significādi sunt ꝓncipia cōgruitatis. regiminis t cōstructionis. vt patet rationibus. Prima ratio. Illud q̄ debet reddere suppositum verbo ꝑsonali debet significare in ratione ꝓncipij. Sed vocatiuus nō significat in ratione ꝓncipij. igit vocatiu⁹ non reddit suppositū verbo ꝑsonali. Maior. q̄a suppositum debet significare rem vnde egredit actus verbi. actus em̄ verbi est accidens. supposi

tū aūt significat substatiā. modo substātia est causa ⁊ p̄ncipiū essen-
di accidentis. Dicitur eñ septimo methaphisice. Substātia est pri-
or accidento natura. tēpore ⁊ diffinitiōe. Et scd̄o phisicoꝝ dicit. Ma-
teria cū forma est causa omniū accidētiū in cōposito. Minor patet.
q̄a vocatiuꝰ significat in ratōe finis ⁊ termini. vt patet ex eiꝰ modo si-
gnificandi. In re eñ significata ꝑ vocatiuū terminat excitatio vel
actus excitationis significatus per aduerbium. vt dicendo. o petre.
Actus eñ excitationis est accidens. accidēs aūt requirit esse in sub-
iecto. modo vocatiuus significat rem in qua terminat ista excitatio
Probatur scd̄o veritas cōclusionis. Sicut est in natura. sic debet es-
se in arte. quia ars imitatur naturā scd̄o phisicoꝝ. sed in natura ē ita
q̄ omne ens habet aliquod propriū. ergo etiam nominatiuus in ar-
te debet habere aliqd̄ ꝓpriū. ꝓpriū aūt nominatiui est esse supposi-
tū directū respectu v̄bi personalis. ergo hoc nō potest cōuenire vo-
catiuo. q̄a ꝓpria passio solū cōuenit vni speciei. vt ostendit porphiri-
us in ysagogis suis. Probat tercio veritas ꝯclusionis. Oñe cōstru-
ctibile quod reddit suppositum verbo est rectus. sed vtūs nō est re-
ctus. igit. Maior est nota. Minor patet. q̄a rect̄ regitur a parte post
a verbo ex vi nature. sed vocatiuus nō potest regi a parte post ex vi
natnre. patet. quia ista est incōgrua. Petre sis iuste. vt probatum est
ante. Probatur quarto. Illud quod reddit suppositū debet significa-
re suū significatū absolute. sine cōnotatione aliqua. sed vocatiuus nō
significat significatū suū absolute ⁊ simpliciter. ergo vocatiuus non
reddit suppositū verbo. Maior est nota. ⁊ patet ex autoribus modo-
rū significandi. Suppositū eñ significat absolute. Minor. quia vo-
catiuus vltra significatū nominatiui importat terminū excitatiōis
Vocatiuus eñ significat rem excitatā vt deductū est superius. Pro-
batur q̄nto ⁊ vltimo. Quia ad oñe suppositū debet fieri relatio. sed
ad vocatiuū nō potest fieri relatio. ergo vocatiuꝰ nō potest reddere
suppositū verbo personali. Maior patet inductiue de singulis. vt ī
exemplo. Johānes scribit ⁊ iste legit. Sed minor ꝓbat ꝑ p̄scianū di-
cētē. q̄ ad certos casus potest fieri relatio. ad vtm̄ minime. Etiā pro-
bat minor ꝑ floristā q̄ dicit. Nō fit ꝑ q̄ntū directa relatio casum.

Cōclusio secūda. Per vocatiuū casum nō potest fieri cōceptio personarū.

Probat. In oñi cōceptione ꝑsonarū dictio cō-
cipiēs debet supponere verbo. sed vocatiuus nō potest esse suppositum. igitur per vocatiuū nō potest fieri cōceptio. Maior est nota et
patet inductiue. Minor patet ex conclusione prima.

¶ Arguit primo. Vocatiuus reddit suppositū verbo psonali. igit conclusio prima falsa. pbat adtecedens. Ntūs ⁊ vtūs sunt casus similes in ꝯstruendo. sed ntūs a parte ante cōstructus reddit suppositū. ergo etiā vocatiuus. Maior est psciani primo minoris. Ntūs ⁊ vocatiuus absoluti sunt. id est intransitiue ꝯstruunt. Dico verū argumentū cōcludit q ntūs ⁊ vocatiuus sunt casus similes in ꝯstruendo. sed nō sequit q ergo in supponendo. qa ntūs significat in ratōe principij. sed vocatiuꝰ in ratione termini. etiā ista ꝯsequētia nō valet. hoc ꝯstruit cū isto ergo regit ab isto. qa multa ꝯstruunt simul qu oꝝ tamē vuum nō regit ab alio. vt adiectiuū ꝯstruit cū substātiuo. tamē adiectiuum nō regit substātiuū. etiā arguit a superiori ad inferiꝰ affirmatiue sine distributione. que ꝯsequentia nō valet. ꝯstructio eñ est superius ad regimen. vbicūqꝫ enim est regimen ibi est ꝯstructio. sed non econtra.

¶ Arguit scdo. Vtūs reddit suppositū verbo psonali. pbat. qa vocatiuus est suppositū. igit. Probat. qa sequit bene. vtūs est suppositū potentiale. igit vtūs est suppositū. Tenet ꝯsequētia ab inferiori ad superius. Antecedēs patuit ex notabili secūdo. ⁊ est scientia floriste Dico q hec ꝯsequētia nō valet. qa nō arguit ab inferiori ad superiꝰ sed a dicto scdm qd ad dictū simpliciter. que ꝯsequentia nō valet. vnde in illis nō sequit. Lignū est ignis in potētia. ergo lignū est ignis.

¶ Arguit tercio. Vtūs etiā est suppositū actuale. pbat sic. Omis potētia debet reduci ad actū si nō est frustra. sed vtūs est suppositū potentiale. ergo aliquādo erit suppositū actuale. Maior est aristotelis primo celi. Minor patet ex dictis. Dico q omis potētia debet reduci ad actū in se vel in alio. ⁊ sic redditio suppositi licet nō ducit in actū vel ad actū in vtō: sufficit tamē q i ntō. vt declaratū est superiꝰ

¶ Arguit quarto. Vbicūqꝫ est ꝯformitas ⁊ ꝯuenientia numeri. persone ⁊ rectitudinis casualis. ibi est redditio suppositi. sed inter vocatiuū ⁊ verbū imperatiui modi scde psone est cōuenientia numeri. persone ⁊ rectitudinis casualis. igit vtūs reddit suppositū verbo. Maior patet inductiue. ⁊ patet ex pncipio comuni grāmatice. hec eñ requirunt ad cōuenientiā suppositi cū apposito. modo suppositū regit ab apposito. Minor patet in ista. Petre lege. vbi ꝯstructibilia cōueniunt in numero. persona ⁊ in rectitudine casuali. patet. qa rectitudo casualis ꝯsistit in isto q ꝓportionatū appositū sit ꝓportionatū supposito. qd videt ꝯtingere in ꝓposito. Dico q in oratiōe in qua vtūs cōstruit cū verbo imperatiui modi nō est rectitudo casus. patet. qa rectitudo casus exigit q verbū psonale habeat ꝓ supposito ꝯstructibi

le qđ significat i ratõe ꝓncipij. t qđ significat absolute. t qđ significat rem subsistẽter. ꝑmũ deficit i vtõ. qa vtũs significat i ratõe tmini. vt declaratũ est superi⁹. Unde t hanc dicimus incõgruã. albus currit. qa ibi nõ est rectitudo casus. eo q albus nõ significat subsistẽter. sed adiacenter.

¶ Arguit̃ quinto. Utũs reddit suppositũ verbo ꝓsonali. ꝓbat. Omne qđ ꝓstruit̃ in oratiõe ꝓfecta aut est suppositũ t appositũ aut determinatio suppositi aut appositi. sed vtũs ponit̃ in oratiõe ꝓfecta t nõ est appositũ. nec est determinatio appositi. nec suppositi. igit̃ vtũs ẽ suppositũ. Tenet ꝓsequẽtia ex sufficienti diuisione. Similiter maior. qa plura nõ reperiunt̃ in oratiõe ꝓfecta. Minor. qa vtũs ꝓstruit̃ in oratiõe ꝓfecta. qa oratio ꝓfecta diuidit̃ in indicatiuã. imperatiuã. optatiuã t ꝓiunctiuã. vt ostẽdit petr⁹ hyspan⁹ in ꝑmo tractatu. sed q vocatiuus nõ sit appositũ. nec determinatio appositi nec suppositi notũ est de se. Dico verũ argumẽtũ cludit q vtũs ꝓstruit̃ cũ verbo imperatiui modi. nõ tamẽ sub ratiõe suppositi. suppositũ. eñ ꝓstructum regit̃. modo vtũs nõ regit̃. nec etiã vbicũq; est ꝓstructio. est regimen vt ꝓbatũ est superius. bene ergo ꝓcedit̃ q vtũs ꝓstruit̃ cũ verbo. nõ tamẽ vt suppositũ. Suppositũ eñ significat in ratione ꝑncipij. vocatiu⁹ aũt in ratione termini. vt patet ex modis significãdi vocatiui

¶ Arguit̃ sexto. Ubicũq; reperit̃ modus inherentis. q terminat̃ p modũ p se stantis est redditio suppositi. sed in ꝓstructiõe vocatiui cũ verbo reperit̃ modus inherentis. q terminat̃ p modũ p se stantis. ergo vtũs reddit suppositũ verbo. Maior est auctoris modos significãdi. t hoc etiã requirit̃ ad ꝓstructionẽ suppositi cũ apposito. vt potest declarari in ista. homo currit. Minor patet in ista. Petre lege. vbi hoc ꝓstructibile lege significat p modũ inherẽtis vel dependentis. qa significat actũ verbalẽ q pendet ad aliud. t ille vtũs petre significat substãtiã. modo substãtia substat actui ipi⁹ verbi. Dico verũ argumẽtũ ꝓbat q vtũs bene ꝓstruit̃ cũ verbo imperatiui modi. sed nõ ꝓbat q regit̃ ab eo. etiã vtũs nõ significat p modũ p se stantis in ꝓposito. vt requritur in regimine. qa illud ꝓstructibile qđ debet regi a verbo ꝓsonali a parte ante debet significare p modũ p se stantis i ratione ꝑncipij. vocatiuus autem significat in ratione termini.

¶ Arguitur septimo. Utũs reddit suppositũ verbo t regit̃ a verbo ꝓbatur sic. vbicũq; est ꝓstructibile depẽdẽs t depẽdẽtia terminans est regimẽ. sed in ꝓstructiõe vti cũ verbo ꝓsonali est ꝓstructibile depẽdens t dependentiam terminans. igitur ibi est regimen. Maior ꝓ-

tet ex conditionibus prius dictis, que requirunt ad regimen. Minor patet. qa verbū personale significat dependenter. qa significat attū qui est accidens. modo accidēs dependet ad aliud. sed vocatiuus significat substantiā. modo substātia terminat fluxū accidentis Substantia enim est subiectū accidentis. Dico verū argumentū concludit q in cōstructione in qua vocatiuus construit cū verbo personali est quedā proportio construendi sicut inter adiectiuū ⁊ substantiuū Sed nō probat argumentū q vocatiuus construit cū verbo in ratione suppositi. eo q vocatiuo nō potest competere ratio suppositi vt declaratū est superius. nec etiā ad regimen suppositi ⁊ appositi sufficit dependentia ⁊ determinatio illius dependentie. sed vltra hoc requiritur in supposito modus principij quod non est in vocatiuo.

¶ Arguitur vltimo. Vocatiuus causat conceptionē personarū. ergo secūda cōclusio falsa. Probat antecedens. Cuicūq; ꝯuenit ꝓpriū illi ⁊ cōuenit subiectum. sed orationi in qua vocatiuus construitur cum verbo cōueniunt omēs ꝓprietates requisite ad conceptionem personarum. igitur per vocatiuū fit conceptio. Maior. quia propria passio nō derelinquit suū subiectū. Minor patet de ista. tu petre tuiq; rogate. In qua constructibilia diuersarum personarum coniungunt cum coniunctione copulatiua. ⁊ significant diuersa ⁊ dictio concipiens tu conuenit in persona cum verbo. ⁊ nō dictio concepta. vt patet ex diffinitione conceptionis personarū. pater ergo q per vocatiuum fit conceptio personarū. Dico verum argumentum concluderet. si vocatiuus posset esse dictio concipiens. ad dictionem enim concipiētem nō absolute sufficit conuenire cū verbo in persona. sed vltra hoc presuppositiue requiritur q regatur a verbo. modo vocatiuus non potest regi a verbo vt probatū est superius. Quare concludit q per vocatiuū nō fit conceptio personarū.

De conceptione generum.

Ut personarum generum conceptio fiet
Adiectiua tenet generis conceptio masq;
Femininum recipit ⁊ neutrum. nec retrouerte
Hic vxorq; thoro sunt iuncti mente remota
Sunt domino grati virgo cum virgine iuncti
Bos ⁊ iumentum sunt ad presepe ligati.
Neutraq; femineis tanq; concepta videbis

Per vim sunt leges ꝛ plebiscita coacte.

Hoc etiam sepe facias in distribuente

Pronus vterqꝫ iacet de paride dic helena cꝫ.

Utrū alexādri de cōceptiōe generū determinatio in littera sit sufficienter assignata. Pro intellectione questionis mote Notandū est primo. qa in questione precedenti dictū est q penes numerū ꝛ casum fit conceptio. ne scientia de conceptione ꝛ determinatio sit insufficiens oportet ostendere quid sit conceptio numerorum similiter conceptio casuū. Pro quo notandū q conceptio numerorū dupliciter fit. Uno modo sine vicio ꝛ improprietate. vt quando duo tercie psone singularis numeri coniungunt per coniunctionē copulatiuam ꝛ copulatim tentam respectu verbi pluralis numeri. vt dominus ꝛ seruus precantur. ꝛ hec oratio est simpliciter congrua q gemināti singulare per coniunctionē copulatiuā ꝛ copulatim tentā equipollet plurali. Alio modo fit conceptio numerox cum improprietate ꝛ vicio. quando scilicet dictio singularis numeri concipit dictionem pluralis numeri. vt totum aggregatum supponit respectu verbi pluralis numeri. vt hic homo ꝛ asini currunt. Et describitur conceptio numerorum sic. Est duorum constructibilium vel plurium mediante coniunctione copulatiua vel aliquo ei equiualente vel mediante illa prepositione associatiua cum. respectu alicuius verbi quod habet disconuenientiā cum vno illorum vel cum ambobus in numero mediata associatio. Exemplū primi vbi disconueniunt vnum cum ambobus in numero. vt dis ꝛ seruus precantur. Exemplū vbi disconuenit cum vno dominus ꝛ serui precantur. ꝛ per hoc paret etiā vicium in conceptione numerorum. Ratio autem excusans generalis est eadem sicut dictum est ante. Specialis autem vt vnus ꝛ idem actus verbalis scōm speciem significaretur ineſſe diuersis rebus. vt paret in ista. dominus ꝛ serui precantur. Ratio autem huius quare alexander non ponit conceptionem numerorum. quia alexander posuit has figuras que semper fiunt cum vicio ꝛ incongruitate. modo conceptio numerorum non semper fit cum improprietate ꝛ vicio. vt dictum est superius in notabili. Sequitur corollarie. licet alexander non posuit conceptionem numerorum explicite. tamen implicite eam non pretermisit.

Conceptio aũt casuũ describitur sic. Et pluriũ suppositoꝝ quorum vnũ est obliqui casus. mediante illa ꝓpositiõe cũ respectu alicuiꝰ tertij. vel verbi. vel nois adiectiui cũ vno illoꝝ se ꝓformantis quo ad ꝓprietatẽ casualẽ mediata associatio. Exemplũ ꝑmi. petrꝰ cũ paulo regnãt. vbi fit respectu verbi. Exẽplũ scõi. video virũ cum mulicre abos. Adulti tamẽ grãmaticoꝝ dicũt q ꝓceptio casuũ nõ est ponenda Dictũ est eñ ante. t ꝓbatũ q vna tercia ꝑsona nõ ꝓcipit aliã. qa vna significat ita in certe sicut alia. modo si ꝓceptio casuum esset ponẽda vna tercia ꝑsona ꝓciperet aliã. Primũ tamẽ est cõmuniꝰ q cõceptio casuũ sit ponẽda. Et isti dicũt similit q eã ponũt. q licet alexander nõ posuit eã expresse. tamen implicite eam nõ negauit.

Notãdũ secũdo q cõceptio generũ describitur sic. Est duoꝝ substantiuoꝝ diuersoꝝ generũ diuersas vel tanq diuersas res significãtiũ mediãte ꝓiũctiõe copulatiua vel aliquo ei equalenter. respectu dictõis adiectiualis pluralis numeri ꝓformantis se i genere cũ dictione cõcipiente t nõ ꝓcepta immediata t ꝑmissiua associatio. Cuiꝰ diffinitiõis declaratio sufficienter potest haberi ex ꝑcedentibus. Vltiũ aũt in ꝓceptiõe generꝝ est discõueniẽtia vniꝰ substantiui cũ adiectiuo in genere. vt vir t vxoꝛ sunt iuncti. vbi dictio ꝓcepta scilicet vxoꝛ discõuenit cũ isto adiectiuo participali iuncti in genere. Ratio aũtẽ excusans est duplex. Generalis t specialis. Generalis est triplex. scilicet. breuitas. metrũ. t melioꝛ vel firmioꝛ memoria. vt dictũ est circa appositionẽ. Ratio aũt excusans specialis est vt vnũ. t idem accidẽs p adiectiuũ importatũ scõm speciẽ significaretur inesse diuersis rebus. vt patet in ista. vir t vxoꝛ sunt iuncti. vbi coniunctio matrimonij significatur inesse viro t etiam mulieri.

Notandũ tercio q ex littera alexandꝛi elicitꝰ tres regule qbꝰ habet fieri ꝓceptio generũ. Prima. Dictio masculini generis apta nata est ꝓcipere dictionẽ feminini generis. mediãte dictione copulatiua respectu adiectiui ꝓformantis se in genere cũ dictiõe ꝓcipiẽte t nõ cõcepta. vt vir t vxoꝛ sunt iuncti. Scõa regula. Dictio masculini generis apta nata est. ꝓcipe dictionẽ neutri generis mediãte ꝓiũctõe copulatiua. respectu adiectiui pluralis nũeri. qõ ꝓformat se in genere cũ dictiõe ꝓcipiẽte t nõ ꝓcepta. vt bos riumentũ sunt ad ꝓsepe ligati. Tercia regula. Dictio feminini generis apta nata est ꝓcipere dictionẽ neutriꝰ generis mediãte ꝓiũctõe copulatiua vel aliquo ei equalẽte respectu adiectiui plis nũeri ꝓformãtis se i genere cũ dictõe ꝓcipiẽte t nõ ꝓcepta. vt leges t plebiscita sunt coacte p vim.

Unde lex est statutū generaliter oēs pcernēs q̄ sunt capaces illi⁹ statuti. vt diligere deū ex toto corde. ex tota aīa. & ex totis viribus. vt patet Deutronomij sexto & vndecimo. Sed plebiscitū est statutū nō cōcernēs oēs hoies. sed aliquā certā cōmunitatē. Et dicit plebiscitū quasi scientia plebis vel statutū ad plebē pertinēs. Rō aūt isti⁹ quare masculinū ꝓcipit femininū & neutrū est ista. q̄a dictio ꝓcipiens debet esse dignior dictiōe ꝓcepta ex quo dictio ꝓcipiens agit in dictionem ꝓceptā. oīne aūt agens nobilius est passo. tercio de aīa. Masculinum aūt genus digni⁹ est q̄ femininū & neutrū. Q̄ masculinū gen⁹ sit dignius q̄ femininū patet. q̄a masculinū significat sub ꝓprietate actiua. femininū aūt sub ꝓprietate passiua. modo actiuū est digni⁹ passo Q̄ aūt masculinū sit dignū⁹ q̄ neutrū patet. q̄a masculinū significat aliq̄d positiue. neutrū aūt significat priuatiue. modo positiuū digni⁹ est priuatiuo. Sic similiter potest dici de genere femininō respectu neutrius.

Notādū q̄rto & vltimo q̄ cōceptio generuz est duplex. scilicet explicita & implicita. siue formalis & virtualis. Cōceptō generū explicita vel formalis est vbi dictio cōcipiens & ꝓcepta ambe expresse ponunt. vt vir & vxor sunt iuncti. Alia est aūt ꝓceptio implicita. & est quādo dictio ꝓcipiens & ꝓcepta nō expresse ponunt. sed in aliqua alia dictione includunt. vt hic. uterq̄ iacet pronus. vbi dictio ꝓcipiens & ꝓcepta nō expresse ponunt. sed in ista dictione distributiua uterq̄ iucludunt. q̄a valet tm. paris & helena iacēt proni. vbi dictio masculini generis scilicet paris vel petrus. ꝓcipit dictionē femínini generis scilicet helena. De cōceptione generū implicita ē ista regula. Dictio distributiua ꝓ duab⁹ vel plurib⁹ dictio ib⁹ quarū vna ē masculini generis. & alia femínini generis causat ꝓceptionē generum implicitā. vt uterq̄ iacet pronus. que valet ista. petrus & helena iacent proni. Nō est aūt intelligendū q̄ hec oratio. pronus uterq̄ iacet cōm se vt sonat in verbis esset incōgrua. q̄a in ea verbū habens vim verbi substantiui regit similes casus ante & post. sed vult q̄ ē oratio incōgrua & cōceptoria quantū ad resolutionē & equiualentiā. valet enim ista. paris cū helena iacēt proni. & hec est oratio ꝓceptoria Et quidā dicūt q̄ in textu debet poni paris. q̄a ꝓpter paridē qui rapuit helenā Troia desolata & destructa est. Cōmuniter tamē in litteralegitur petro. utrūq̄ bene. sed primū cōuenientius. Istis notabilibus sic stantibus est.

Cōclusio respōsalis. Determinatio alexādri de cō

ceptione generũ est sufficienter in littera assignata. Patet conclusio ex his que dicta sunt.

¶ Arguit̃ p̃mo. Cõceptio generũ nõ fit sicut ꝯceptio ꝑsonarũ. igit̃ littera falsa. Probat̃ antecedens. q̃a conceptio generũ fit inter dictiones eiusdẽ persone. ⁊ fit respectu adiectiui. Conceptio aũt ꝑsonarũ fit inter diuersas personas ⁊ respectu verbi. igit̃. Tenet ꝯsequentia q̃a aduerbiũ similitudinis denotat cõuenientiã aliquoꝝ omnimodam. Maior patet in isto exemplo. Vir ⁊ vxor sunt iuncti. Vbi dictio cõcipiens scilicet vir. ⁊ dictio cõcepta scilicet vxor sunt eiusdẽ persone. quia tercie. ⁊ ibi ponit̃ hoc adiectiuũ iuncti. Minor patet in isto exemplo. ego ⁊ tu damus. vbi dictio cõcipiens est p̃me ꝑsone ⁊ dictio ꝯcepta tu secunde persone. ⁊ fit respectu verbi. Dico verum argumentũ concluderet si hoc aduerbiũ vt in littera positũ diceret omnimodã similitudinẽ vel cõuenientiã. sed debet dicere aliqualem Vult ergo alexander ꝙ aliqua est similitudo inter cõceptionẽ generum ⁊ personarũ. sed nõ omnimoda. Et est similitudo hec. q̃a sicut cõceptio personaꝝ fit inter dictiones diuersarũ personarũ. sic ꝯceptio generũ fit inter dictiones diuersorum generum. Differentia autẽ est dicta superius

¶ Arguit̃ secũdo. Alexander impertinenter determinat de cõceptione generũ. ꝓbat̃ sic. Hic solũ debet fieri determinatio de figuris q̃ respiciũt regimẽ nomiatiui. Sed hoc nõ fit in cõceptiõe generũ. igit̃ Maior. q̃a hic est capitulũ nti. ⁊ ꝑ ꝯsequẽs in eo debẽt determinari figure he que respiciũt regimen nti. Minor patet. q̃a ꝯceptio generũ fit inter adiectiuũ ⁊ substãtiuũ. modo adiectiuũ nõ regit substãtiuũ nec ecõuerso. vt ꝓbatũ est ante. Dico verũ argumentũ ꝯcludit ꝙ loquendo absolute de ꝯceptiõe generũ. nõ in ꝯparatiõe ad ꝯceptionem personarũ tũc de ꝯceptiõe generũ determinatio q̃dãmodo esset impertinens. sed ꝯceptio generũ hic ꝯsiderat̃ vt habet cõueniẽtiã ⁊ differentiã cũ ꝯceptione personarũ. recto ordine hic de ip̃a determinatur. Simile enim. vt patet primo de anima. cognoscitur simili. recte ergo post determinatione de ꝯceptione personaꝝ hic determinat de conceptione generũ.

¶ Arguit̃ tercio. In isto exemplo. virgo cũ virgine iuncti nõ est conceptio generũ. igit̃. Probatur antecedens. In conceptione generum debent esse dictiones diuersorũ generũ. hic nõ est sic. igitur. Maior est nota ex diffinitione conceptionis generũ. Minor patet. q̃a tam dictio concipiens q̃ cõcepta sunt eiusdẽ generis. Patet. q̃a rectus et

obliquus sunt eiusdē generis. vt in plurimū modo virgo est generis cōmunis. ergo etiā obliquus scilicet virgine. Dico verū argumētum ꝓcludit si in ꝓdicta oratione dictio concipiens scilicet virgo caperet absolute in exemplo ꝓdicto. modo virgo in ntō capit in masculino genere tm̄ p scō iohāne. virgine aūt in obliquo capit in femininō genere tm̄ pro virgine gloriosa maria. ⁊ sic masculinū ꝓcipit femininum. Dictio em̄ communis generis potest accipi quandoq; in masculino. quandoq; autem in femininō.

¶ Arguit quarto. In isto exemplo: virgo cū virgine. nō est ꝓceptio generū. igit. ꝑbat sic. minus dignū nō ꝓcipit magis dignum. sed hic minus dignū ꝓcipieret magis dignū. igit. Maior patet ex declaratis. Minor. qa hec dictio virgo significat sanctū iohānē. sed hec dictio virgine significat virginē gloriosam mariā. modo virgo gloriosa maria dignior fuit scō iohāne. Dico verū argumētū ꝓcluderet si dignitas ꝓstructibiliū deberet attendi simpliciter ex parte rerum significatarū. sed debet potiꝰ attēdi ratiōe modoꝝ significādi ꝓstructibiliū. modo hoc ꝓstructibile virgo in ꝓdicta oratiōe habet modum significandi dignioꝛē q̄ virgine. patet. qa virgo significat sub proprietate actiua. sed virgine sub proprietate passiua. modo proprietas actiua est dignior passiua.

¶ Arguit qnto. Cōstructibilia in ꝓceptiōe generū nō significant diuersa. ꝑbat in ista oratiōe. petrꝰ ⁊ sua reuerētia sunt honesti. In qua oratiōe dictio cōcipiens petrꝰ. ⁊ dictio ꝓcepta scilicet sua reuerētia significātidē. ꝓbat. qa petrꝰ ⁊ sua reuerētia sunt idem. ꝓbat. qa accidēs ⁊ subiectū numero sunt idē. ꝓmo topicoꝝ. modo illa que numero sunt idem. maxime ydemptitate sunt idem. vt patet qnto methaphisice. Dico. licet in ista. petrus ⁊ sua reuerentia sunt honesti cōstructibilia nō significāt diuersa materialiter ⁊ numero. tamē significant diuersa formaliter. qa accidēs ⁊ subiectū sunt diuersa formalit Dicit em̄ ꝓmo phisicoꝝ. Accidēs ⁊ subiectū si sunt duo sunt. Alij autem dicūt q; licet in dicta oratiōe ꝓstructibilia nō significāt diuersa tamen significant tanq̄ diuersa.

¶ Arguit sexto. Ex littera alexandri sequit falsum. igit. ꝑbat. qa sequit q; in ꝓceptione generū deberent poni plura adiectiua. qō est falsum. ꝓbat sequela ⁊ ex textu cū dicit. Adiectiua tenēt generis. Dico q; in littera cōmittit vna figura que dicit alleotheca. que habet fieri quādo numerus ponit pro numero: vel casus pro casu. ⁊ sic hic numerus pluralis ponitur pro singulari.

¶ Arguit septimo. Alicubi est ꝯceptio generũ ⁊ tamẽ ibi nullũ ponitur adiectiuũ. patet in ista oratiõe. Johãnes ⁊ catherina sunt duo reges. que videt esse ꝯceptoria. ⁊ tamẽ ibi nullũ ponit adiectiuũ. Non duo patet. quia duo reddit suppositum verbo. ergo non est adiectiuum. Tenet ꝯsequẽtia. adiectiuũ nõ reddit suppositũ verbo. Antecedens patet in ista oratiõe: duo sedent. Dico ꝙ in p̃dicta oratiõe nõ ẽ ꝯceptio generũ. sed est simpliciter ꝯgrua. Et dico ꝙ hoc nomẽ reges ponit participialiter pro regnãtes. ⁊ sic p̃dicta oratio valet tm̃. Johãnes ⁊ catherina sunt duo reges. id est duo regnantes.

¶ Arguit vltimo. In ista oratiõe. pronus vterq; iacet nõ est conceceptio generũ. igit. ꝓbat. omis ꝯceptio generũ includit aliqd viciuz sed in ista oratiõe. pronus vterq; iacet nullũ est viciũ. igit. Maior ẽ nota. Minor patet. q̃a in ista. vterq; iacet pronus verbũ habẽs vim verbi substantiui scilicet iacet regit similes casus ante ⁊ post. Unde ista valet tm̃. vterq; in iacendo est pronus vel lasciuus. Dico veruz argumentũ ꝯcludit ꝙ in ista oratiõe. vterq; iacet pronus nullũ est viciũ quo ad vocẽ ⁊ p̃mariã ꝯsiderationẽ. sed quantũ ad resolutionem bene est ibi viciũ ⁊ incõgruitas ⁊ cõceptio generũ implicita. ⁊ resoluitur. petrus ⁊ helena iacent proni.

De prolepsi:

Disiungit regimen quod iunxerat ante prolempsis

Hi metuunt: alius dominos. aliusq; magistros

Utrũ littera alexãdri de prolempsi sit bene assignata. Pro intellectione littere notandũ est p̃mo ꝙ ꝓlempsis est duplex. quedã est locutionis. ⁊ est ꝯstructio i qua p̃mittit multitudo grãmaticalis respectu verbi vel adiectiui sub ꝯformitate accidẽtiũ grãmaticalis. ⁊ postea fit subiunctio dictionũ importantiũ partes illius multitudinis etiam sub ꝯuenientia accidentiũ grãmaticaliũ. Exemplum de adiectiuo. quattuor hoĩes sunt colorati. isti duo albedine. isti duo nigredine. Exemplũ de verbo. hoĩes currũt. illi ⁊ viennã. illi Cracouiam. ⁊ de tali hic nihil ad ꝓpositũ. Alia aũt est prolempsis ꝯstructionis. Et describit sic. Est preacceptio alicuius multitudinis grãmaticalis respectu v̄bi vel adiectiui sub ꝯueniẽtia accidẽtiũ grãmaticaliũ ⁊ postea subiũgũt dictiões importantes partes illius multitudinis prius importante respectu eiusdẽ verbi vel adiectiui vel sui cõdeclinei nõ expresse positi. sed subintellecti sub discõuenientia accidentiuz grãmaticaliũ. vt hi metuunt. alius dominos. alios magistros.

Notandū secundo pro intellectione diffinitionis. Dicit primo in diffinitione. est preceptio alicuius multitudinis grammaticalis. Sciendū q̄ p multitudinē grāmaticalē in ꝓposito debet intelligi dictio pluralis numeri. vel nomē collectiuū singularis numeri Ratio. illa enī significant plura. Nomen enī collectiuū est qđ in singulari numero significat plura. modo in prolempsi debet esse preceptio alicuius multitudinis. Dicit secūdo in diffinitiōe. respectu verbi vel adiectiui. ad denotandū q̄ prolempsis quādoq̄ est constructio suppositi cū apposito. vt scolares student. ille pmā partē ille secundā partē. Quandoq̄ aūt prolempsis est ꝯstructio adiectiui cū substantiuo. vt homines mali peccauerūt ille peccato superbie. ille peccato auaricie. Sequit corrollarie primo q̄ falsa est illoꝝ grāmaticoꝝ positio q̄ dicūt omnē oratiōnē in qua fit diuisio esse oratiōnē prolemptica. patet hic. Sonoꝝ aliius vox aliius nō vox. Similiter hic. Propositionum alia cathegorica alia ypothetica. patet. q̄a licet ibi pmittit multitudo grāmaticalis. tamen hoc nō fit respectu verbi vel adiectiui. qđ requirit ad prolempsim. Sequit corrollarie secundo q̄ aliqua oratio in qua fit diuisio est prolemptica. patet de ista. Homines peccantiū alii mortaliter alii venialiter. Sequit corrollarie tercio q̄ ista simpliciter est cōgrua. Sonoꝝ alii vox alii nō vox. patet. q̄a iste grūs sonoꝝ regit a dictiōe subintellecta. z valet tm̄. De numero sonoꝝ aliius vox aliius nō vox. Similiter est dicendū de ista. Propositionū alia cathegorica alia ypothetica. que valet tm̄. De numero ꝓpositionū alia est cathegorica. alia ypothetica. Dicitur tercio in diffinitiōe respectu verbi vel adiectiui subintellecti. ad denorandum q̄ hic non est prolempsis. Homines legūt iste rhetoricam. iste poeticam. patet. quia nō est respectu eiusdē verbi. sed alterī. Dicit vltimo sub discōformitate accidētiū grāmaticaliū. p hoc patet differentia inter prolēpsim locutionis z constructionis. vt dictū est in notabili primo.

Notandū est tercio. Dicitur in prolempsi est disconuenientia suppositi cū apposito subintellecto. vel substātiui cū adiectiuo subintellecto. Exemplū primi. Aquile volauerūt hec ad orientē hec ad occidētē. Hi metuunt alius dominos alius magistros. Astra micant illud in imis illud in summis. Exemplū secūdi. Homines mali peccauerūt ille peccato auaricie ille peccato superbie. Ratio aūt excusans hoc vicium est duplex. generalis z specialis. Generalis est que conuenit cuilibet figure ꝯstructionis. Et sunt tres. brevitas. merū z meli-

vel firmior memoria. vt dictū est in appositione. Sed ratio specialis est ydemptitatis partiū cū toto. Dicit enī primo physicor. Totū nō est aliud nisi sue partes. Ratiōe illius ydemptitatis partiū in toto. tūc dictio significans partē potest cōstrui & ordinari cū verbo totius. Dicitur aūt prolempsis a pro qđ est simul & lempsis captio. quasi simul captio alicuius multitudinis sub cōuenientia. & postea eiusdē multitudinis per partes sub disconuenientia diuisio.

¶Arguitur sexto. Si interest regeret ablatiuū. sequeret q hec respōsio nō esset cōgrua quando queritur. cuius interest. z respondetur. mea interest. patet sequela. quia littera dicit q interest regit ablatiuū a parte ante. sed respōsio nō est cōgrua. qa interrogatiuū z responsiuū debent cōuenire in casu. Probat. qa interrogatiuū esset genitiui casus. scilicet cuius. z responsiuū mea esset ablatiui casus. Dico q interrogatiuū z respōsiuū debent cōuenire in casu. verū est quando regunt ab eodē regente qō nō potest regere diuersos casus. modo in proposito hoc verbū interest potest regere diuersos casus. qa genitiuū z etiam ablatiuum.

¶Arguit septimo. Illa verba potior. vescor nō regunt ablatiuū tantū. igit littera alexandri falsa. Probat antecedens. qa etiā regunt genitiuū vel accusatiuū. vt vescor panis. vel fruor panis. Similiter regunt accusatiuū. vt fruor panē. Unde z grāmatici dicūt. Ista regūt casus quartū sextūq; secundū. Dico verū argumentū cōcludit q ale-

xander vult q̄ ista verba vt frequenter regunt ablatiuu[m] ra[tione] etiam possunt regere accusatiuū vel genitiuū. licet nō ita vsitat[e] communiter.

¶ Arguit octauo. Verba passiua nō regunt ablatiuū mediante ꝓpo. sitione a vel ab. igit. Probat antecedēs in ista oratiōe. spolior tunica truncor capite. vbi verba passiua regunt ablatiuū sine prepositione. Dico q̄ regula alexandri intelligit q̄ verba passiua nō regunt ablatiuū sine ꝓpositiōe. verū est de ablatiuo qui significat rem a qua egreditur actus verbi. vt dicendo. percutior a platone. in qua percussio ozit a platone.

Sunt ablatiui plures rectore soluti
Discere discipuli debent doctore legente
Atq̄ loci nomen quandoq̄ regente carebit
Roma milicia vel humo vel rure domoq̄
Rex venit: atq̄ means normam seruabit eandem
Roma rothomago vernone meabit athenis
Seruat idem verbum sine motu. dum sociatur
Nomen plurale: vel cui sit regula terne
Qui modo rure canit vernone canit vel athenis
Ad nomen positum sic sepe relatio fiet
Vt vado romam: que membris eminet altis.
Queris si possit adiectiuum sociari
Vt debet doctas bonus ire scolaris athenas.
Per quo qua vel vbi fit questio siue per vnde
His intro iungas: hac illac pone meando
Hic illic istic intus foris est z vbiq̄
Hinc illinc istinc remeat foris intus z vnde.

Vtrū littera alexādri de absolutiōe ablatiui sit bene assignata. Pro intellectiōe questiōis notandū est ꝓmo. Alexāder postq̄ determinauit de regimine ipius ablatiui. iam in fine istius capituli determinat de eius absolutiōe. Et ponit in textu tres modos absolutionis ablatiui. Primus modus. plures ablatiui in oratiōe po-

o

stri sepius ponunt absolute sic q̃ carent dictione a qua debent regi. z tales ablatiui sic absolute positi dicunt poni in designatione cõsequẽtie. vt discipuli debent discere doctore legente.

Pro quo notãdũ Ablatiuũ vel ablatiuos poni in designatione cõsequẽtie est ipm ablatiuũ vel ablatiuos equalere consequentie bone. Et hoc potest fieri q̃nq; modis. vt dicit Heinricus de campo. Primo quãdo vnus ablatiuus est nomialis vel pnomialis. z alter participialis expresse. vt me legente pueri proficiunt. Scõo quãdo vnus est nomialis vel pnominalis z alter participialis implicite licet sit nominalis explicite. vt me doctore discunt discipuli. que valet illã. me docente discunt discipuli. Tercio quando ablatiuus x̃bi impsonalis passiue vocis ponit solitarie. vt dicto de regimine nunc dicẽdum est de cõstructiõe. que valet illã. postq̃ dictum est de regimine. nunc dicendũ est de constructione. Quarto quãdo ablatiuus est x̃bi gerundiui exempte actionis. vt pluente fugiendũ est. Quinto quãdo est ablatiuus verbi gerundiui absolute. vt audiendo missam vado ad ecclesiam. Sequit corrollarie q̃ semp in his modis quãdo ablatiuus ponitur absolute in designatione cõsequentie tunc debet esse participialis expresse vel implicite. Resoluunt aũt ablatiui positi in designatione cõsequẽtie tripliciter. Unde versus. Per dum per si per q̃a iure resolui. Ablatiuus habet q̃ rectore caret: Sequit corrollarie secũdo q̃ ablatiui absolute positi faciunt propositionẽ ypotheticã. patet corollarium ex resolutione.

Notãdũ secũdo. Alexander in textu postea ostendit quo vnus ablatiuus ponit absolute. Et vult talẽ regulã. Nomẽ ppriũ loci minoris in ablatiuo cõstructũ cũ verbo absolute significãte motum localem exteriorẽ de loco ad locũ etiã ponit absolute. vt rex venit roma. Et subiungit in textu q̃ ad illã regulã etiã adiungũtur ablatiui illoz quartuor nominũ appellatiuoz. Rus domus milicia humus. Huius regule declaratio sufficienter habet ex his que dicta sunt superius de absolutione genitiui z accusatiui. Alexander postea in textu ponit tercium modũ de absolutiõe ablatiui. z est. Ablatiuus pprij nominis loci minoris pluralis numeri tm̃. vel ablatiuus proprij nominis loci minoris tercie declinationis cõstructus cũ verbis significãtibus motũ vel quietẽ. etiã ponit absolute. Exemplũ primi. rex canit athenis: Exẽplũ secũdi. rexvenit vernone. Et ad illã regulam addit ablatiuũ huius nominis rus ruris. qui similiter cõstructus etiã ponit absolute. Harũ regularũ declaratio sufficienter patet ex p

dictis de absolutione genitiui ⁊ accusatiui.

Notādū tercio. Alexāder in textu mouet vnū dubi
um. Et est vtrū dictio posita absolute sit aduerbiū vel nomen. ⁊ hoc
mouet ideo. qa multi grāmaticoꝝ dixerunt q dictio absolute posita
esset aduerbiū. Et ꝓbāt duob⁹ ratiōibus q dictio absolute posita est
nomen ⁊ nō aduerbiū. Prima ratio est ista. Ad nullū aduerbiū fit re-
latio grāmaticalis. sed ad dictionē absolute positā fit relatio gramā
ticalis. ergo dictio absolute posita nō est aduerbiū. sed nomen. Mā-
ior. qa antecedēs ⁊ relatiuū debent cōuenire in genere. ⁊ in numero.
⁊ aliquando in casu. modo aduerbiū nō habet talia accidentia. Mi-
nor patet in exemplo littere cū dicit. Clado romā que menibus emi
net altis. vbi hoc relatiuū que refert dictionē absolute positā scilicet
romā. Secūda ratio est ista. Ad nullū aduerbiū potest addi adiectiū
um. sed ad dictionē absolute positā addit adiectiuū. ergo dictio ab
solute posita nō est aduerbiū. sed nomen. Mā ior. qa adiectiuū ⁊ sub
stantiuū debent cōuenire in tribus. in numero. in genere ⁊ in casu. mo
do aduerbiū nō habet talia accidentia. Mi nor patet in exemplo lit-
tere. Ut debet doctas bonus ire scolaris athenas. Et capit hic in lit
tera athenas nō ꝓ cōtinente. sed ꝓ contentis. Ciuitas cū athe-
nis nō fuit docta. sed homines in ciuitate fuerunt docti. Unde athe-
nis dicit ab a qō est sine ⁊ thene mors quasi sine morte ꝓpter perpe-
tuam scientiā. ⁊ sic cōmittit figura que dicitur metonomia.

Notādū quarto ⁊ vltimo q alexāder in fine subiū-
git vnū notabile ostēdēdo q aduerba interrogatiua locoꝝ sunt quat
tuor. scilicet quo qua vbi ⁊ vnde. qō notabile habet veritatē de sim
plicibus. quia composita sunt plura. vt quorsum quousq. Ad quous-
q respōdet actūs cū ꝓpositiōe vsq. vt quousq vadis. respōdet. vsq
ad montē dñi. Sed ad quorsum respōdet actūs cū ꝓpositiōe xrūs. vt
quorsum vadis. responderur versus ciuitatē. Dupliciter aūt possu-
mus respōdere ad talia aduerbia interrogatiua locoꝝ generalit. vno
modo nominaliter. ⁊ sic ad quo respondet actūs cū ꝓpositione ad. vt
quo vadis. respōdet ad ciuitatē. Ad qua respōdet actūs cū ꝓpositio-
ne per. vt qua vadis. respondet p ciuitatē. Sed ad vnde respōdet ab
latiuus cū ꝓpositiōe de. vt querendo. vnde venis. respōdet de mōte.
Sed ad interrogationē factā p vbi respōderur ablatiuus cū ꝓpositi-
one in. vt vbi es. respondetur in domo. Unde versus. Quo petit ad
qua per. in vbi. sed de petit vnde. Alio mꝙo possumus respōdere ad

interrogationē factā per ista aduerbia aduerbialiter, z sic ad quo respondet huc illuc istuc. Ad qua respōdet. hac illac istac. Ad vbi respondet. hic illic istic. Ad vnde respondetur. hinc illinc istinc. quomodo tamen specialiter sit respondendum ad interrogationez factā p ista aduerbia p noia ꝓpria locoꝝ maioꝝ z minoꝝ docetur circa donatū. Istis notabilibus sic stantibus est

Cōclusio respōsalis. Littera alexādri de absolutione ablatiui est sufficienter assignata patet veritas conclusionis ex dictis.

¶ Arguitur ꝓmo. Illud qō regit nō ponitur absolute. sed oīs obliquus regitur. igitur ablatiuus nō ponetur absolute. ꝗa est obliquus. Maioꝛ est nota. ꝗa regi z absolute poni sunt opposita. modo opposita expellūt se mutuo. Minoꝛ est ꝓsciani ꝓmo minoꝛis. q oīs obliquus habet referri ad verbū. si ergo oīs obliquꝰ refertur ad verbū videtur q oīs obliquus regatur a verbo. Dico verū argumentuz cōcludit q oīs obliquus ferē ad verbū nō sub ratiōe regiminis. sed constructionis. sic q obliquus debet cōstituere oratiōnē perfectā debet ei addi verbū. ꝗa sine verbo oratio perfecta cōstitui non potest.

¶ Arguit secūdo. Ablatiuus nō ponit in designatiōe cōsequētie. igitur. Probat. oīs cōsequētia habet antecedēs z cōsequēs. sed ablatiuus nō habet antecedēs z cōsequēs. igit. Maioꝛ patet ex diffinitiōe consequentie. Minoꝛ patet. ꝗa ablatiuꝰ est simplex dictio. modo simplex dictio nō habet antecedēs z cōsequēs. Dico q ablatiuus ponitꝰ absolute nō sic ponit in designatiōe ꝓsequētie q ipe haberet antecedēs et cōsequēs. sed ꝗa ipe equiualet oratiōni in qua oratione est antecedēs a consequens.

¶ Arguit tercio. Ablatiuus ꝓpij nois loci minoris nō ponit absolute igit. pbat in isto exemplo. a roma. pbat. ꝗa iste ablatiuus roma regit a ꝓpositiōe s a parte post. Dico q alexāder nō voluit q semꝑ ablatiuꝰ ꝓpij nois ponit absoluue. sed voluit q ponit absolute quādo cōstruitur cū verbo qō significat motū de loco ad locū. vt rex venit roma.

¶ Arguit quarto. In ista magistro legente pueri ꝓficiūt. magistro legente nō ponunt̄ur absolute. igit. Probat antecedēs. ꝗa regunt. ergo nō ponunt absolute. Tenet cōsequētia ex oppositis. Antecedēs patet. ꝗa ꝓdicta oratio valet tm. pueri ꝓficiūt ꝓpter magistrū legentem. in qua illi accusatiui magistrū legentē regunt a ꝓpositiōe ꝓpter Dico verū argumentū cōcludit q ꝓsiderādo ꝓdictā oratiōnē in sensu cathegorico tunc bene regunt. sed in sensu ypothetico tunc bene

ponunt absolute. vt patet in declaratione.

¶Arguit quinto. Hic est regimen. Magistro legente pueri ꝓficiunt. ꝓbat sic. vbicūq; dictio cogitur stare in certo casu ita q; nō in quolibet alio est regimen. sed hic est sic. ergo hic est regimen. Magistro legente pueri ꝓficiūt. Maior patet ex diffinitione regiminis. Minor patet. qa si he dictiones ponerent in alio casu nō ponerent absolute Dico verū argumentū cōcludit q; in ista magistro legente pueri ꝓficiunt illi ablatiui cogunt in certo casu. sed nō a dictione regente. sed potius ideo qa equalent antecedēti ⁊ cōsequēti. Antecedēs enī habet se vt terminus a quo. modo abltūs significat p medū vt a quo. ⁊ ergo ablatiui absolute positi potius cogunt stare in ablatiuo casu q; in alio.

¶Arguit sexto. Dictiones absolute posite nō sunt noia. igit. Antecedens ꝓbat. Quicqd determinat verbū est aduerbiū. sed dictiones absolute posite determinant verba. igit dictiones absolute posite nō sūt noia sed aduerbia. Maior. ppriū aduerbij est determinare verbum. modo ppria passio nō dereliquit suū subiectū. Minor est prisciani i maiori volumine in capitulo de aduerbio. vbi ostendit q; in his oratiombus. venio roma. vado romā. dictiones absolute posite specificāt verba. Dico q; priscian⁹ nō voluit q; dictiones absolute posite essent aduerbia. sed voluit q; dictiones absolute posite habent bene cōditiones aduerbiorū. nō tamen sequit q; sunt aduerbia. ⁊ sic ponunt scōm eū loco aduerbiorum.

¶Arguit septimo. Plura sunt aduerbia interrogatiua locoꝝ q; quattuor. ergo littera alexandri falsa. ꝓbat antecedēs. qa quorsum. quousq; etiā sunt aduerbia interrogatiua locoꝝ vt dicunt grāmatici Dico q; tm quattuor sunt aduerbia interrogatiua locoꝝ simplicia. sed composita computando plura sunt q; quattuor.

¶Argit octauo. Autoris ꝓcessus est impertinens. igit. ꝓbat. qa intētio autoris est velle determinare de regimene ablatiui. hic autem determinat de aduerbijs interrogatiuis locoꝝ. igit ꝓcessus suus est impertinens. Maior est nota. Minor similiter. Dico verū argumentū cōcluderet si hic determinaret de aduerbijs interrogatiuis locoꝝ principaliter. sed hoc solū facit incidentaliter. ⁊ nō intētiōe ꝓncipali

De regimine participioꝝ.

Participans q; in ans vel in ens fit dicto presens
Tus sus xus dat preteritum: rus dus q; futurum
Quere per actiua ꝓsens in rus q; futura o iij

Que dabit actiuum dabit hec eadem tibi neutrum
Sunt per passiua tibi cetera significanda
Deponens terna tibi dat commune quaterna
Lex tamen est talis q' que caruere supinis
Non possunt rectum per rus formare supinum
In verbi genere que sit significatio quere
Hinc tibi multimodum credas regimen referandum
Dum mutat regimen fit participans tibi nomen
Dum perdit tempus: dum comparat associamus.
Istis compositum: dum simplex sit tibi verbum

Utrū littera Alexandri de participijs sit bene assignata. Pro intellectione littere notandū est p̄mo. Alexander postq̄ determinauit de regimine omniū casuū. vt artem de regimine perfecte traderet iam naturā ⁊ significationē participiorū declarat vnde regimen participioꝝ intelligi faciliter potest In primis ergo certas regulas de participijs ponit. Quarū p̄ma est ista. Participia in ans vel in ens terminata sunt presentis temporis. vt amans legens. qd̄ intelligendū est essentialiter. q̄a accidentaliter participiū potest trahi ad tempus preteritū vel futurū. vt eñ cōmuniter dicitur in grāmatica participiū significat cū tp̄e limitabilit. q̄a ꝑ dictionē aliā importātem tēpus potest trahi accidētaliter ad aliā dictionē tp̄is. vt cū dico absolute. legens est p̄sentis tp̄is. cū aūt dico fui legens est preteriti tēporis. cū dico ero legens est futuri temporis. Secūda regula. Participia terminata in tus sus vel xus sunt p̄teriti tp̄is. de tus vt amat⁹ de sus vt visus. de tus vt nexus. ⁊ sic alexander vult ꝙ terminatiōes participioꝝ preteriti tp̄is suut tres. alij aūt grāmatici plus distincte loquentes de terminatiōibus participioꝝ p̄teriti tēporis adhuc adiungunt quattuor. stus vt pastus. psus vt lapsus. ptus vt capt⁹. ctus vt lectus. tamē alexāder cōprehēdit istas sub illa terminatione tus. Tercia regula. Participia terminata in rus ⁊ in dus sunt futuri temporis. vt amaturus amandus.

Notādum secundo. Alexander in textu ponit quinq̄ regulas ostēdēdo quot ⁊ que participia deriuantur a quolibet verbo. Prima regula. A verbo actiuo actiui generis deriuant̄ duo parti

cipia scilicet p̄sens in ans vel in ens ⁊ futurū in rus. vt ab amo
amans ⁊ amaturus. Formantur aūt participia p̄sentis tp̄is i ans
in ens terminata scdm p̄scianū a p̄ma p̄sona p̄teriti imp̄fecti indica
ui modi mutādo bam vel bar in ns. vt amabam. muta bam in ns erit
amans loquebar. mutando bar in ns erit loquens. Ratio aūt quare
formatur a p̄ma p̄sona. q̄a p̄ma p̄sona est dignior q̄ secunda ⁊ tercia.
modo a digniori fit denominatio. q̄ aūt p̄ma p̄sona sit dignior secun
da ⁊ tercia. Patet. q̄a p̄ma p̄sona cōccipit secundā ⁊ terciā. ⁊ nō ecō
uerso. om̄e aūt agens prestantius est passo. tercio de anima. partici
pia aūt terminata in rus veniunt ab vltimo supino. p̄ducēdo u ⁊ ad
dendo rus erit amaturus. Secūda regula. a verbo neutrius generis
formantur etiā duo participia. p̄sens in ans vel in ens ⁊ futurū i rus.
vt a sto venit presens stans. futurū staturus. Et intelligitur hec re
gula de verbis neutralibus que tam voce q̄ significatione ⁊ etiā for
matione tempoꝝ sunt neutralia. ⁊ hoc dicitur p̄pter verba netropas
siua que habent tria participia. vt gaudeo habet gaudens. gauisus ⁊
gauisurus. sed gaudeo nō est simpliciter neutrum. Tertia regula. A
verbis passiuis veniunt duo participia. p̄teritū in tus sus vel xus. ⁊
futurū in dus. vt ab amor venit amatus et amandus. Formātur au
tē participia preteriti tēporis in tus terminata ab vltimo supino ad
dendo simpliciter s. vt amatu addendo s erit amatus. Participia au
tem futuri tēporis in dus terminata formantur a gtō singulari parti
cipij in ans vel in ns terminati. vt amandus formatur a gtō singula
ri amantis. mutando tis in dus erit amandus. Quarta regula. Ver
bum deponentis generis format de se tria participia. vt loquor ha
bet presens: preteritū ⁊ futurū. vt loquens locutus locuturus. Quin
ta ⁊ vltima regula. Verba cōmunis generis formant de se quattuor
participia. p̄sens p̄teritū ⁊ duo futura. vt criminor habet criminans
criminatus criminaturus criminandus. Sequitur corrollarie q̄ bac
calariandus. doctorandus. magistrandus. loquendus. nō sunt parti
cipia. sed noīa. Ratio quia si essent participia tunc deberent deriua
ri a verbis cōmunis generis. quod est falsum. quia magistror. doctror
baccalarior sunt verba deponentis generis a quibus non veniunt
participia terminata in dus. Unde dixit petr⁹ helie. Rursus de neu
tris vel deponentalibus in dus nomina procedunt que participantia
non sunt.

De regimine participiorum.

Notandū tercio q alexāder in textu ponit vnam regulā de formatione participioꝝ. Et vult talē regulā. Verba carētia supinis nō possunt de se formare regulariter participia futuri tēporis in rus terminata. Ratio. qa deficiente causa deficit t effect⁹. modo vltimū supinū est causa participij futuri tēporis in rus terminati Si ergo aliquod verbū caret supino. etiā tale verbum caret futuro terminato in rus. vt oīa verba que significant splendorē carent supinis. oīa etiā talia carent futuro participij in rus terminato excepto hoc verbo fulgeo. qđ habet fulsum in supino. t fulsu in vltimo supino. Unde versus. Oīa splendorē dicas caruere supinis. Excipias vnū qđ tibi fulgeo fulsum. Similiter hoc verbū studeo caret supino. qđ etiā caret participio in rus terminato. quia caret supino. Deinde alexander de significationib⁹ participioꝝ assignat regulā t dicit q participiū est illius significatiōis cuius generis est ipm verbum a quo descendit. vt si participium descendit a verbo actiui generis est actualis significatiōis. Si a verbo passiuo est passualis significatiōnis. Et intelligit illa regula vt in plurimū. qa hoc veritatem nō habet in participijs descendentibus a verbis cōmunis generis. Unde dicit flo. ista: Verbū cōmune q̄us agit t patiat. Sola per ans ens rus accusatiuo significat. Tus solū patitur per dus vtrūq; significatur. Et subiungit alexander in textu q ex significatōe participij excō sequenti cognoscit regimen ipius pricipij. Ratio. qa quēcūq; casuz regit v̄bū a pte post. eūdē etiā regit ei⁹ pticipiū. vt sicut ꝓgrue dr. amo deū. sic ꝓgrue dr. amās deū. t sicut cōgrue dr amor a deo. sic ꝓgrue dr sum amatus a deo. Intelligitur tamen hoc q participiū regit eundē casum a parte post quē verbū dūmodo participiū est ita latū in significando sicut verbū a quo descendit. Qđ dicit notanter ꝓpter hoc participiū crīminans. qđ regit tm̄ accusatiuū a parte post. vt crīminans te. licet eius verbū crimino regit tam accusatiuū q̄ ablatiuuz sed hoc nō est cōtra regulā. qa participiū crīminans nō est ita latum in significando sicut hoc verbū crimino. crīminās eim̄ significat actiue tm̄. sed crimino significat actiue t passiue simul. Et ergo dicit dnatus q verba cōmunia scōm se sumpta cadunt in duas formas. id ē duplicē significationē. qa significant actiue t passiue simul.

Notādū quarto t vltimo. Alexāder in fine huius capituli ostendit quō participiū quartuor modis transit in vim nois. Pro quo notandū. participiū transire in vim nois intelligit duplicit

Uno mō materialit. vt scz q̄ eadē vox in specie que reperit ī pt cipio reperit ī noīe. ⁊ sic possibile est participiū transire in vim noīs. Scdo hoc intelligit formaliter. sic q̄ modus significandi participij mutaretur in modū significandi noīs ⁊ sic nō est possibile. Ratio q̄a nomē et participiū differūt ⁊ distinguunt specifice. modo illa que differūt specifice vnū nō fit aliud. species eñ rerū transmutari nō possunt priori forma manente. Quattuor ergo modis ꝑticipiū d̄r trāsire in vim nominis. Primo trāsmutatōe regimis quādo scilicet vox sil'is participio regit aliū casum q̄ verbū. vt amans vini. amo eñ regit a parte post accusatiuū. Amans aūt regit genitiuū cū dico amans vini. Secundo quādo nō significat tēpus. vt natus me⁹ pulcer est. in qua oratione natus est nomen. ⁊ valet tm̄ sicut filius. Sed ibi christus nat⁹ est. ibi natus est participiū ⁊ significat cū tempore ꝑterito. Tercio quādo vox similis participio cōparat. vt amans amantior amantissimus. participiū eñ nō cōparat. Ratio. q̄a illud qd̄ debet cōparari. debet suscipere magis ⁊ minus. sed significatū participij non potest intendi ⁊ remitti. patet. q̄a participiū significat ꝑ modū fluxus ⁊ fieri. fluctus aūt est de genere successiuoꝝ ⁊ cōtinuoꝝ. cōtinuū aūt ⁊ successiuū est de genere quantitatis. quātitas aūt nō intēdit nec remittitur. Quarto quando vox similis participio cōponit cū ꝑpositione cū qua suū verbū cōponi nō potest. vt indoctus. nō eñ dicimus indoceor. Istis notabilibus sic stantibus est

Cōclusio respōsalis. Littera alexandri de participiis est bene assignata. Patet conclusio ex his que dicta sunt in notabilibus.

¶ Arguit ꝑmo. Participia terminata in ans vel ens nō sunt presentis tꝑis. igit. ꝓbat. Illud qd̄ limitat a ꝑsenti tēpore nō est ꝑsentis tēporis. sed participia terminata in ans vel in ens limitant a ꝑsenti tēpore. ergo nō sunt ꝑsentis tꝑis. Maior nota. q̄a illud qd̄ absoluitur ⁊ spoliat ab aliquo nō habet illud. Minor patet. q̄a dicēdo fui legēs hoc participiū legens limitat ad tēpus ꝑteritū. sed cum dico ero legens. hoc participiū limitat ad tēpus futurū. Dico q̄ licet participium limitat a tꝑe. nō tamē sic q̄ fieret alterius tꝑis. vel q̄ vnū tēpus mutaret in aliud. sed q̄ participiū significat actū qui aliquando fuit respectu alicuius ꝑsens. licet nūc sit ꝑteritus. vt adam fuit legens. et sic participiū limitat a tēpore accidentaliter solū ⁊ non essentialiter.

¶ Arguit secūdo. Plures sunt terminationes participioꝝ ꝑteriti tēporis q̄ tres. ergo littera alexandri est insufficiēs. ꝓbat antecedens

qa aliqua terminant in ptus vt captus. aliqua in stus vt pastus. aliqua in ctus vt lectus. aliqua in psus vt lapsus. z istas terminationes alexander nō enumerat. videt ergo q est diminutus. Dico licet plures sint terminationes preteriti tēporis q3 tres. tamē alexander cōprehendit illas sub istis. z etiā ponit tres principales scz tus sus xus.

¶ Arguit tercio. Processius alexādri est superflu⁹. igit littera male posita. Probat antecedens. Intentio alexādri est velle determinare de regimine z ꝓstructiōe. sed hic alexander determinat de participijs. ergo littera alexandri est male posita. Maior est nota. qa determinare de significatione participioꝝ nō est determinare de regimine. Minor est nota. Dico verū argumentū cōcludit q principalis intentio alexādri est determinare de regimine. tamen ex cōsequenti hic determinat de significatione participioꝝ. vt per hoc regimen participioꝝ potest perfecte intelligi.

¶ Arguit quarto. Aliq3 est verbū preteriti tpis q3 nō terminat in aliquā istarū terminationū. Probat de isto participio mortu⁹ q3 est preteriti tēporis. z tamen nō terminat in aliquā istarū terminationuz vt notū est. Dico verū argumentū cōcludit q iste terminationes hic posite sunt terminationes participioꝝ preteriti tēporis regulariter formatorum. modo mortuus formatur irregulariter.

¶ Arguit quinto. Verbū neutrius generis nō formar eadē participia sicut verbū actiui generis. Probat sic. Diuersificatis causis diuersificant z effectus. sed verbū actiui generis z neutrius generis sunt diuerse cause. ergo etiā formāt diuersa participia. Maior est nota. qa diuersa diuersa operant. Minor est nota. qa verba actiui generis z neutrius distinguunt specifice. Dico verū argumentū cōcluderet si alexander diceret hic ydemptitatē nature z ydemptitatē materialē. sed dicit ydemptitatē formationis quo ad terminationem.

¶ Arguit sexto. Verbū neutri⁹ generis formar plura participia q3 duo. igit. Probat de isto verbo gaudeo q3 est neutri⁹ generis. z formar tria participia. scilicet gaudens gauisus z gauisurus. Dico q regula alexādri intelligit de verbo neutrius generis q3 est neutri⁹ generis simpliciter. scilicet tam significatione q3 formatione temporuz modo gaudeo nō est neutrius generis formatione tempoꝝ. qa habet participiū passiue terminationis scilicet gauisus.

¶ Arguit septimo. Participiū nō est eiusdē significatiōs cuius genes est verbū a quo descendit. Probatur. qa criminans est significationis actualis tantū vt grāmatici dicūt. z tamē est generis ꝓmuns Dico q regula alexandri intelligitur q participiū est eiusdē signifi-

cationis cuius generis est verbū. verū est hoc quādo participiū est ita latū in significādo sicut verbū a quo descendit qd nō est hic. vt declaratum est in tercio notabili.

¶ Arguit vltimo. Participiū nō potest trāsire in vim nois. igitur. Illa que differūt specifice vnū nō fit aliud. sed nomē ⁊ verbū differūt specifice. igit participiū nō trāsit in vim nois. Maior. qa species rerū trāsmutari nō possunt quēadmodū etiā de hoie nō fit asinus. Minor. qa participiū ⁊ nomē habēt modos significādi distictos specifice. ergo etiā differūt specifice. Dico verū argumētū cōcludit q participiū nō trāsit in vim nois formaliter. sed bene materialit. ⁊ sic res specifice differētes bene trāsmutant. vt de hoie fit asin⁹ ratiōe materie. similit de lana fit securis vt dicit ꝯmētator ꝑmo phisicoꝝ. Per lōgam transmutationē. omniū em̄ generabiliū ⁊ coruptibiliū eadem est marteria. vt patet primo de generatione. Quomodo tamē participiū transit in vim nois declaratū est in quarto notabili.

Est post post predicta constructio iure locanda
In geminas partes constructio scinditur illi
Transitio debet intransitioq; subesse
Cum partes per quas cōstat cōstructio plena
Signaut diuersa constructio transeat illa
Iudicium fit idem tanquam diuersa notanda
Hanc in membra duo distinguere conuenit eius
Sunt species simplex que transit queq; retransit
Est intransitio tibi per predicta notanda
Per binas species hanc distingues: quia simplex
Hanc intransitio pariterq; reciproca scindunt
Ecce per exempla tibi res est notificanda
Hic locium superat: vel marcum tullius orat
Exorat marcum cicero q⁹ diligat ipsum
Tullius est marcus bos est leo capra iuuenca
Se regit hic: ego me: tu te: nos diligimus nos
Isti se sociant: vos autem diligitis vos.

tus trasitio personarumq; notentur.

Quando non transit actus: nec passio cuiquam

Inferetur. nunq; transit constructio plena

Filius alphei iacobiq; maria quiescunt.

Utrū littera Alexādri de constructiōe grāmaticali sit sufficienter assignata. pro intellectione questionis mote notandum est primo q; ratio ordinis est ista quare alexander in capitulo precedenti determinauit de regimine. nūc eīn determinat de cōstructiōe. cōstructio eīn pīsupponit regimen. sicut eīn in natura partes prius disponunt antecq; ex ipsis ratio cōstituat. Dicit eīn secūdo phisicorum Ars imitat naturā. sic t in arte antecq; dictiōes ad inuicē pstruūtur t ordinant prius debet regi t disponi. vnde recte alexāder dixit. Est post predicta cōstructio iure locanda. pro intellectiōe aūt hoc q hic dicunt sciendū q; cōstructio capit dupliciter. primo cōmuniter. scōo ppie. tercio ppiissime. Cōstructio cōmuniter capta est cōbinatio dictionū ad inuicē ad cōstituendū aliquē sensum audienti. t sic pstructio cōuertit cū oratione de qua determinat in pmo periarminiarū. Et sic pstructio dicit a con qđ est simul. t structio vel strues quasi ali quoq; simul ad inuicē structio. Secūdo capit pstructio ppie. t sic capit autor modoq; significandi diffinies cōstructionē. vt patet infra. t sic dicit cōstructio quasi cōueniens vel cōgrua structio. Tercio capit cōstructio ppiissime. t sic cōstructio est cōgrua dictionū in oratiōe pfecta positarū ordinatio. cōgruā pfectāq; sententiā demonstrans. t sic dicit cōstructio quasi cōplera structio. t isto modo cōstructionē capit t diffinit priscianus. Sequit corrollarie primo q; nulla oratio incōgrua est cōstructio. patet. qa cōstructio dicit cōgruū ordinē dictionū ad inuicē t pportionē dictionū. pstat aūt q; incōgrue struere plus est destruere q; cōstruere. Sequit corrollarie secūdo q; alique sunt cōstructiōes pfecte. alique impfecte. vt hec est cōstructio imperfecta. albus homo. hec vo perfecta. homo currit. vt patebit. Sequitur corrollarie tercio q; alique cōstructiōes possunt dici totales t alique partiales. Cōstructiōes iste dicunt totales que causant orationē pfectā vt que sunt cōposite ex supposito t appositio. sed iste dicūt partiales que sunt cōposite ex determinatione t determinabili. vt albꝰ homo volo legere. Sequit corrollarie quarto q; aliter alexander loquit de cōstructiōibus. t aliter autor modoq; significandi. alexander eīn determinat de cōstructiōibus totalibus t pfectis. autor modoq; significandi de cōstructiōibus etiā partialibus t impfectis. vt albꝰ homo.

Sequit̃ corollarie q̃nto ꝙ diffinitio ꝯstructiõis data ab autore mo-
dorꝝ significãdi nõ excludit cõstructiões partiales. sed diffinitio pri-
sciani bene excludit partiales. ⁊ datur solum de totalibus.

Notãdũ secũdo ꝙ scd̃m intentionẽ iohãnis ianuẽ-
sis in catholicon ꝙ sicut in natura inuenit̃ triplex motꝰ. vt patet pri-
mo celi. scilicet motus rectus: motus circularis ⁊ motus cõpositus.
Motus rectus est q̃ fit a medio vel ad mediũ. quo motu mouentur
quattuor elemẽta. Duo em̃ elemẽta vt leuia sicut ignis ⁊ aer mouent̃
a medio sursum. duo aũt elemẽta grauia scilicet terra ⁊ aqua mouent̃
ad mediũ. ⁊ isti motui recto ꝓportionat̃ cõstructio transitiua. q̃a si-
cut motus rectus fit per lineã rectã. sic in cõstructiõe trãsitiua deno-
minatur fieri transitio recte actiõis vel passiõis a re significata per
suppositũ in rem significatã per obliquũ sequentẽ. vt ego lego lectio-
nẽ. Secũdus motus in natura dicit̃ circularis q̃ fit circa mediũ mũ-
di per lineã circularẽ quo motu mouent̃ corpa celestia. Dicit̃ em̃ se-
cundo celi ꝙ motus circularis est ꝑfectissimꝰ motus. eo ꝙ caret p̃nci
pio ⁊ fine. Et recte ergo attribuit̃ corporibꝰ celestibꝰ. ⁊ isti motui ꝓ
portionat̃ ꝯstructio reciproca. sicut em̃ in motu circulari mobile inci
pit moueri ab aliquo loco. ⁊ reuertit̃ in eũdẽ terminũ. sic in ꝯstructio
ne reciproca actus vel passio ꝓcedens a supposito reuertit̃ in eãdẽ rẽ
vnde exiuit. vt ego diligo me. Terciꝰ motꝰ in natura est motꝰ cõpositꝰ
vt est motꝰ tractꝰ. q̃ ꝯponit̃ ex recto ⁊ circulari. ⁊ illi ꝓporcionat̃ con
structio retransitiua. q̃a talis est cõposita ex duabꝰ trãsitiuis. vt ego
diligo petrũ vt petrus diligat me. sed q̃a quies in natura est priuatio
motus: sic etiam̃ in arte reperitur cõstructio que ꝓportionatur quieti
vt ꝯstructio intrãsitiua. Ratio. q̃a sicut in natura illud quiescit q̃d nõ
mutat̃ de loco ad locũ. sic in arte illa cõstructio que significat actionẽ
vel passionẽ verbi manere in re significata ꝑ suppositũ dicitur intran
sitiua. vt iohannes currit.

Notãdũ tercio ꝙ de cõstructiõe reciproca grãmati
ci diuersificati sunt. Alij em̃ dicũt ꝙ cõstructio reciproca sit intrãsiti-
ua. vt alexãder. Autor v̄o modorum significandi dicit ꝙ est transiti
ua. Ratio. q̃a alexãder dicit illã ꝯstructionẽ intrãsitiuã in qua ꝯstru-
ctibilia significant idem. Cõstat aũt ꝙ in ꝯstructiõe reciproca ꝯstru-
ctibilia significãt idẽ. vt patet in ista. ego diligo me. ergo talis ꝯstru-
ctio est intrãsitiua. Maior patet ex diffinitiõe ꝯstructiõis intransiti
ue. Minor. q̃a suppositũ scilicet ego ⁊ actũs me significãt eandẽ rem
Sed autor modorꝝ significandi ideo dicit eã esse trãsitiuã. q̃a ipe at-

cēdit ꝯstructiōes penes modos significandi dictionū. Pro quo notā-
dū ꝙ scdm autorē modoꝝ significādi. cū iuxta aristotelē. x. methaphi
sice. In omī genere rerū est dare p̄mū qd est metrū ⁊ mēsura aliorum
Erit etiā sic in genere ꝯstructibiliū dare ꝯstructibile p̄mū. ⁊ si datur
p̄mū cōt ingit ⁊ dare secūdū. eo ꝙ p̄mū ⁊ secūdū sunt differētie ordis
Est aūt ꝯstructibile p̄mū in ꝯstructiōe qd depēdet ad obliquū. vt le-
go lectionē. lego est ꝯstructibile p̄mū. q̄a depēdet ad lectionē. ⁊ lecti-
onē ꝯstructibile secūdū. q̄a terminat depēdētiā verbi. Illud ꝟo ē cō-
structibile secūdū qd depēdet ad suppositū. vt sortes currit. hoc ver
bū currit dicit depēdēs. sed sortes est ꝯstructibile dependētiā termi-
nās. Sequit corrollarie ꝙ idē potest dici ꝯstructibile p̄mū ⁊ etiā secū
dū respectu diuersoꝝ. vt patet in ista. ego lego lectionē. Cōsiderando
em̄ hoc ꝟbū lego in ordine ad actm̄ lectionē est ꝯstructibile p̄mū. sed
ꝯsiderādo quo ad suppositū ante scilicet ego tūc est ꝯstructibile secū-
dū. Isto stante autor modoꝝ significādi arguit sic. Constructio reci-
proca est trāsitiua. ꝓbat sic. Ista ꝯstructio est trāsitiua in qua ꝯstru-
ctibile prius depēdet ad posteriꝰ. vt lego lectionē. sed in ꝯstructōe re
ciproca est sic. igit. Maior patet ex diffinitiōe ꝯstructiōis reciproce.
Minor patet in ista. ego diligo me. Ratio secūda quare est trāsitiua
Illa ꝯstructio est trāsitiua in qua verbū trāsitiuū trāsitiue positū re-
git a parte post actm̄. sed hic ego diligo me est sic. ergo est trāsitiua.
Maior est nota. q̄a verbū trāsitiuū regēs post se actm̄ facit ꝯstructi-
onē trāsitiuā. Minor est nota. omīs em̄ ꝯstructio in qua obliquꝰ regi
tur a parte post a verbo est trāsitiua. posita em̄ causa ponit ⁊ effectꝰ
Ad hāc ꝯtrouersiā grāmaticoꝝ q̄dā dicūt ꝙ ꝯstructio reciproca est
mediū inter ꝯstructionē trāsitiuā ⁊ intrāsitiuā. ex eo em̄ ꝙ obliquus
regit a ꝑte post a ꝟbo ⁊ denotat fieri trāsitio actꝰ vel passionis dicit
trāsitiua. sed q̄a obliquꝰ cū supposito ꝑtinēt ad idē dicūt eā fore itrā-
sitiuā. Alij dicūt ꝙ formaliter loquēdo de ꝯstructiōe quo ad modos
significādi tūc ipa est ꝯstructio trāsitiua. sed loquēdo de ipa materia
liter quo ad significatū tūc potest dici intrāsitiua. Cōstat aūt q̄a con
structio plus attendit ratione modoꝝ significādi q̄ꝫ significati. con
cluditur ꝙ ꝯstructio reciproca magis dicitur transitiua q̄ꝫ intransiti
ua. modus tamen alexandri est communis.

Notādū q̄rto ⁊ vltimo ꝙ quesitiua cōstructionis
sunt tria scꝫ. que qualis quāta. que querit de substātia ꝯstructiōis. vn
de ad interrogationē factā ꝑ que. respōdet trāsitiua vel intrāsitiua.
Secūdū q̄sitiuū ꝯstructiōis est qualis. ⁊ q̄rit de qualitate ꝯstructōis
vnde ad interrogationē factā ꝑ qualis respōdet ꝯgrua ⁊ icōgrua. vn

de ꝯgruitas est ꝓprietas vel passio sermõis ex modoꝝ significãdi respectiuoꝝ ꝯformitate ad aliquã speciẽ ꝯstructõis reqsitoꝝ derelicta Et ꝯgruitas ẽ duplex. q̃dã ad intellectũ ⁊ quedã ad sensuz. Cõgruitas ad sensuz ẽ qñ ambo ꝯstructibilia sũt exp̃ssa sub ꝯformitate accidẽtiũ grãmaticaliũ. vt hic hõ currit. Sz ꝯgruitas ad intellectũ est qñ nõ ambo ꝯstructibilia ꝑm vocẽ quo ad ꝯgruitatẽ sũt exp̃ssa. sz alterũ illoꝝ ꝑ intellectũ subintelligit. vt qñ v̄ba p̄me ꝑsone vel scd̄e persone ꝓferũt. Dicit em̄ p̄scian⁹ p̄mo minoris. In om̄i v̄bo p̄me vel scd̄e ꝑsone cert⁹ subintelligit ntũs. In verbis aũt tercie ꝑsone incert⁹ Terciũ quesitiuũ ꝯstructõis ẽ quãta. vnde ad quãta respõdet ꝑfecta vel imꝑfecta. Perfectio aũt describit sic. Est ꝓp̄etas sermõis vel ꝯstructionis ex debita vniõe ꝯstructibiliũ derelicta ad exp̄mẽdũ sufficiẽter et ꝑfecte mẽtis ꝯceptũ ordiata. vt scz ꝙ generat ꝑfectũ sensuz in aio audiẽtis. Et ẽ duplex. ad sensuz ⁊ ad intellectũ. Ad sensuz ẽ qñ ãbo constructibilia ꝯgruitatis ꝑm vocẽ sũt exp̃ssa. vt ego scribo. q̃ est ꝑfecta Om̄is em̄ oratio ꝑfecta ꝯstituit ex supposito ⁊ apposito. Ad intellectũ ẽ qñ nõ ambo ꝯstructubilia ꝯgruitatis ꝑm vocẽ exp̄mũt. sed alterũ illoꝝ ꝑ intellectũ subintelligit. vt contingit in verbis p̄me. secunde ⁊ tercie persone. Istis notabilibus sic stantibus

Cõclusio respõsalis. Lr̃a alexãdri d̄ ꝯstructõe ⁊ ei⁹

diuisiõe ẽ sufficiẽter assignata. pz autoritas ꝯcl̄iõis ex his q̃ dicta sũt

¶ Arguit p̄mo. Cõstructio in grãmatica nõ est possibilis. igit. ꝓbat añs. ex ꝯstructibilib⁹ nõ potest fieri ꝯstructio. igit ꝯstructio in grammatica nõ est possibilis. ꝓbat añs. ex duob⁹ entib⁹ in actu non p̄t fieri terciũ. sz ambo ꝯstructibilia sunt entia in actu. igit. Maior ẽ aristotelis tercio methaph. Minor. q̃a q̃dlibet ꝯstructibile habz modũ significãdi. sz mod⁹ significãdi est illud quo ꝯstructibile vel parsoratiõis fit in actu. ꝓbat. q̃a mod⁹ significãdi habet se. vt forma ꝑtisoratiõis modo forma est qua res fit in actu. Dico verũ argumẽtũ cõcludit ꝙ ex duobus entibus nõ fit terciũ vbi vnũ fuerit in potẽtia ad alterũ qd̄ nõ fit in ꝓposito. vt hic homo currit. cõstructibile regẽs habet se vt in actu. ⁊ constructibile rectũ vt in potentia.

¶ Arguit scd̄o. Modi ꝑcãdi nõ sũt p̄ncipia ꝯstructiõis. igit. ꝓbatur añs. nec modoꝝ ꝑcãdi ꝯueniẽtia. nec discõueniẽtia. igit modi ꝑcãdi nõ sũt p̄ncipia ꝯstructiõis. Tenet ꝯña ex sufficiẽti diuisiõe. Añs ꝓ prima ꝑte ꝓbat ꝙ nõ ꝯueniẽtia. q̃a tũc seq̃ret ꝙ hic nõ esset constructio homo currit. probatur. q̃a in illa constructibilia habẽt diuersos modos significandi distictos. Nec etiã potest dici scd̄m. q̃a tũc hic esset ꝯstructio. alba vir. ⁊ sic oratio icõgrua esset ꝯstructio quod est falsuz

Dico verũ argumẽtũ ꝯcludit ꝙ ad ꝯstructionẽ reqrit ꝓportio modo rũ significãdi. sed nõ oim. sed illoꝝ q̃ reqrunt ad ꝯstructionẽ. quoꝝ ꝓportio est cũ dicit homo currit. sic in simili ad ꝯstructionẽ domꝰ reqritur cõpositio partiũ. sed nõ oim partiũ indifferenter. sed earum que requiruntur ad constructionem.

¶ Arguit tercio. Cõstructio in grãmatica nõ est possibilis. ꝓbat ex oppositis nõ fit vnũ. sed ꝯstructibilia in ꝯstructiõe sunt opposita. ergo ex ipis nõ fit vnũ. Maior. q̃a opposita se destruũt ⁊ expellũt. in cõstructiõe aũt fit vnio ⁊ partes manẽt in re vnite. Minor. q̃a in omni ꝯstructiõe debet esse ꝯstructibile dependẽs ⁊ dependẽtiã terminans vt dicit autor modoꝝ significãdi. modo dependẽs ⁊ depẽdẽtiã terminans includũt oppositas ratiões. Dico ꝙ verũ argumẽtũ cõcludit ꝙ ex oppositis nõ fit vnũ ea ratiõe qua opposita sunt. sed ex oppositis bene fit vnũ ea ratiõe qua vnũ est in aptitudine ⁊ in potẽtia ad alteꝝ ⁊ sic nõ sunt opposita.

¶ Arguit quarto. Homo currit nõ est ꝯstructio itrãsitiua. ꝓbat. In omĩ ꝯstructiõe intrãsitiua ꝯstructibilia significãt idem. sed hic homo currit nõ significãt idẽ. igit. Maior patet ex diffinitiõe ꝯstructionis intransitiue. Minor. q̃a substãtia ⁊ accidẽs sunt ꝑmo diuersa. q̃a dicitur ꝑmo phisicoꝝ. Substãtia ⁊ quãtitãs si sunt duo sunt. modo homo significat substãtiã. q̃a nomẽ. ⁊ currit accidẽs. q̃a verbũ. Dico verũ argumẽtũ ꝯcludit. q̃a hic homo currit ꝯstructibilia nõ significant idem formaliter. ⁊ si scdm se absolute ꝯsiderant. sed bene significant idem materialiter. ⁊ scdm numerũ. q̃a accidẽs ⁊ subiectum sunt idem numero ⁊ materialiter ꝑmo topicoꝝ. modo idemptitas materialis est miaxima.

¶ Arguit q̃nto. Ego amor hic nõ est ꝯstructio. ꝓbat. q̃a si aliqua maxime intrãsitiua actꝰ. sed hoc nõ. ꝓbat. q̃a hic nõ significat actus. sed passio. Dico verũ argumẽtũ cõcludit ꝙ in ꝯstructiõe intrãsitiua actꝰ nõ capit ꝑ actiõe. sed capit indifferẽter ꝑ actu verbali nõ curãdo an sit actio vel passio. ⁊ sic cũ dicit ego amor significat actus amandi. licet significatur passiue.

¶ Arguit sexto. Nulla est ꝯstructio simplex. igit. ꝓbat aĩs. simplex nõ est ꝯpositũ. sed oĩs ꝯstructio est ꝯposita. igit nulla ꝯstructio est simplex. Maior. q̃a implicat aliqd simplex esse ꝯpositũ. Minor patet ꝑ diffinitionẽ ꝯstructiõis. in qua dicit. Cõstructio est ꝯstructibiliũ vnio. Si ergo in ꝯstructiõe est vnio ꝯstructibiliũ ꝯcludit ꝙ oĩs cõstructio est ꝯposita. Dico verũ argumẽtũ ꝯcludit si ꝯstructio ideo diceretur simplex. q̃a nõ esset ꝯposita. sed dicit ideo simplex. q̃a aut est

intransitiua actus vel personarum ⁊ nō reciproca. vel est transitiua actus vel personarum ⁊ non retransitiua.

¶ Arguit septimo. Cōstructio reciproca nō ē itrāsitiua. igit littera alexādri nō valet. Probat aīs. Illa ꝯstructio est trāsitiua in qua casus transitiuus regit a parte post a verbo. sed in ꝯstructiōe reciproca est sic. igit. Maior est nota. q̄a casus trāsitiuu⁹ causat ꝯstructionē trāsitiuā. ⁊ casus intrāsitiu⁹ ꝯstructionē intrāsitiuā. Minor. q̄a in cōstructiōe reciproca ponit actūs. modo actūs est casus trāsitiu⁹ vt dicit p̄scian⁹ secūdo minoris. Dico verū argumētū ꝯcludit q̄ ꝯstructio reciproca scdm rem ⁊ materialiter est intransitiua, tamē scdm modū ⁊ formaliter est transitiua.

¶ Arguit vltimo. Fili⁹ alphei q̄escit nō est ꝯstructio trāsitiua ꝑsonarū. ꝓbat. q̄a est trāsitiua act⁹. igit nō trāsitiua ꝑsonaruꝫ. Tenet ꝯūa ex oppositis. Antecedēs patet. q̄a suppositū ⁊ appositū causant constructionē intrāsitiuā act⁹. modo hic est suppositū ⁊ appositū. igitur maior. similiter minor est nota. Dico verū argumentū ꝯcludit q̄ cōsiderādo istā. Fili⁹ alphei q̄escit sine verbo tūc est trāsitiua ꝑsonaꝝ. et hoc voluit alexāder. sed ꝯsiderādo eā in ordine ad verbū tūc est intransitiua actus, nō est ergo incōueniens in eadem oratione esse diuersas constructiones scdm diuersum modum.

Construe sic casum si sit prepone vocantem
Mox rectum pones. hinc personale locabis
Verbum: quod primo statues. si cetera desint
Tercius hinc casus ⁊ quartus sepe sequuntur
Aut verbo subdes aduerbia: subde secundum
Casum rectori: debet vox prepositiua
Quarto preiungi vel sexto: quem regit ipsa
Infinitiuum persone siue quibusdam
Des adiectiuis: vt sunt abilis piger aptus
Hanc olim pulchram veteres dixere figuram
Verba que sunt debet iubet audet vultq̄ potestq̄
Nititur ⁊ tentat dignatur scitq̄ monetq̄
Incipit ⁊ tedet piget ⁊ pudet atq̄ meretur
Et properat gaudet delectat penitet vrget
Et parat ⁊ discit decet solet ⁊ licet: adde

predicta notant: ⁊ que contraria signant
odere multa potes quarto casu preeunte
Que iunges verbo iunges ⁊ participanti
Si generi verbi sua significatio fiet
Consona. debetur ipsi constructio verbi
Sed personale supponens rectus habebit
Aut ablatiui preeunt recto re soluti
Aut postponuntur: sed vix interseris illos
Appellans verbum. substantiuumq; vel horum
Uim retinens: post se rectum quandoq; locabunt
Est substantiui data significatio verbi
Passiuis ⁊ sepe solet cōstructio tradi.

Utrū littera alexādri de ordine cōstructibiliū. ⁊ similiter de nouē impedimētis cōstructiōis sit bene assignata. Pro intellectiōe littere notādū p̄mo q̄ q̄a aristoteles ostēdit scdo phisicorū q̄ ars imitat̄ naturā. sicut ergo in natura om̄ia sunt ordinata ⁊ ad vnū p̄ncipiū reducta. qd̄ dat esse ⁊ vitā oib⁹ alijs. vt pz p̄mo celi. ⁊ in reb⁹ naturis reperit̄ ordo in singulis. qui em̄ tollit ordinē tollit om̄e bonū. vt dicit ꝯmētator scdo phisicoꝝ. sic ⁊ in arte oportet in ꝯstruēdo ⁊ cōponēdo ꝯstructibilia esse ordinē de quo alexāder iā determinat ponēdo nouē regulas. Pro q̄b⁹ intelligēdis sciēdū ordo grāmaticalis describit̄ sic. Ordo est habitudo dictionū ad inuicē debite ⁊ cōueniēter positaꝝ s̄m pri⁹ ⁊ posteri⁹. Et dicit̄ ordo in grāmatica ad similitudinē ordinis in natura. sicut em̄ in ordine reali res debite locāt̄ vt in naturis eoꝝ ꝯpetit. vt patet in elemētis in q̄b⁹ elemēta leuiora sūt sursuz grauiora deorsuz. Dicit̄ enī p̄mo celi. oē leue sursuz ⁊ om̄e graue deorsuz. sic in ordine grāmaticali ꝯstructibilia debite ⁊ ꝯueniēter ordināt̄. p̄mo suppositū ⁊ appositū. vtz in regulis. Inuēt⁹ aūt est ordo grāmaticalis trib⁹ de causis. Primo vt sciam⁹ q̄d sit p̄ponēdū ⁊ q̄d postponēdū. Scdo vt sciam⁹ vnde exit act⁹ verbi. q̄a a re s̄cata p̄ ntm̄. ⁊ in q̄d terminat̄. q̄a in rē s̄catā p̄ obliquū. vt iohānes legit lectionē. Tercio vt sciam⁹ q̄d ꝯstructibile sit iūgēdū ablt̄o vt determinatio cū suo determiabili. vt alb⁹ hō. Ponit aūt alexāder reglas octo de ordie ꝯstructibiliū. Prima si in aliqua ꝯstructōe ponit̄ vtūs ordo debet incipi a vtō. Rō q̄a p̄ vtm̄ iportat̄ excitatio. s̄z ois excitatio ē in p̄ncipio ponēda. ⁊ licet aliqn̄ iucipit̄ ordo ab aduerbio vocādi o cū

De ordine cõstructibiliũ ⁊ de impedimentis.

ponit circa vtrũ. cũ hoc nõ ẽ ꝓtra regulã. Cũ qa dũ donec. mõ ordo incipit a vtrõ sine ipedimẽto. Scõa regula. post vtrũ debet poni ntũs. Rõ. qa excitatio ipoꝛtata p vocatiuũ est accũs. ⁊ ergo requirit terminũ mõ ntũs ꝑcat talẽ terminũ ⁊ substãtiã. Tercia regula. post noiatiuũ ⁊ vocatiuũ debet poni verbũ psonale. Rõ qa ntũs ⁊ vtũs ꝑcãt substantiã. verbũ xo accidens. modo substantia est prioꝛ accidente. ⁊ accidens sequitur substantiam sicut effectus suam causam.

Notãdũ scõo Quarta regula de ordie ꝓstructibiliũ

est ista. si ntũs ⁊ vtũs nõ ponũt in oꝛatiõe tũc ordo debet icipi a verbo psonali. Rõ qa in oꝛ verbo ꝑme vel scõe psone certꝫ subintelligit ntũs. ꝫ in verbis tercie psone incertꝫ. ⁊ sic virtualiter ordo icipit ibi a ntõ incluso. Quita regula. post verbũ psonale imediate debet poni dtũs ⁊ actũs. Rõ. qa ꝑcatũ verbi est accũs. oẽ aũt accũs debet determinari ꝑ aliqõ subiectũ ⁊ in aliquo subiecto. ⁊ illud subiectũ ꝑcat dtũs ⁊ actũs. Sexta regula. aduerbiũ debet seq̃ suum verbũ. Rõ. qa ois determinatio debet seq̃ suũ determinabile. modo aduerbiũ est determinatio verbi. dicit enĩ ꝓcianꝫ ꝑmo minoꝛis. Aduerbiũ est vi verbi adiectiui. licet aliqua aduerbia ꝓponũt suis verbis. vt patebit inferiꝰ. Septima regula. Dictio recta debet poni post dictionẽ regẽtẽ vt filiꝰ soꝛtis. Rõ. qa dictio regẽs habet se vt determinabile. dictio recta vt determinatio. modo ois determinatio debet seq̃ suũ determinabile. Octaua regula. ꝓpoſitio debet ꝓponi suo casuali cui deseruit. Rõ. qa inter dictionẽ regẽtẽ ⁊ rectã est mutua ꝓpoꝛtio ⁊ depẽdẽtia. qa dictio recta terminat depẽdẽtiã dictiõis regẽtis. vt dictũ est ante. mõ ꝓpoſitio regit suũ casuale. ergo recte ei ꝓponit. ⁊ has regulas tetigit alexãder in textu cũ dixit. Cõstrue sic casuꝫ si sit ꝓpone vocãtẽ. Adoꝛ rectũ ponis. hinc psonale locabis Verbũ qõ ꝑmo statues si cetera desint. Terciꝰ hinc casus. ⁊ quartꝰ sepe sequit. Aut verbo subdes aduerbia. subde secundum casum rectori. Debet vox prepoſitiua quarto preiungi vel sexto quem regit ipsa.

Notãdũ ꝺcio qꝫ alexãder in textu ponit nouẽ impedimẽta ꝓtra regulas octo ꝓdictas. Primũ tãgit ibi. Infinitiuũ psone siue ꝺbusdã. Dcs adiectiuis. vt sunt abilis piger apteꝰ. Hanc olim pulchrã veteres dixere figurã. ⁊ vult duas regulas. Prima. verba psonalia sepius cõstruunt cũ infinitiuo a parte post. vt volo legere. cupio proficere. ⁊ hoc maxime fit in verbis prohereticis. que scilicet significant actum anime interioꝛem incognoscitiuum. vt volo. desidero. Et est impedimentum contra illam regulam. Tercius hinc casus Et ostendit alexander que sunt illa verba que possunt ꝓstrui cũ infini

tiuo. ⁊ enumerat ea. vt iubet audet vult potest nitrit̄ tentat gaudet
ꝓperat. vt patet in textu. Et ne dū illa in textu posita. sed eis ꝯsino-
nima in significādo. ⁊ etiā eis ꝯtraria in significādo. vt inhibeo con-
trariatur in significādo huic verbo iubeo. Et silr subiūgit ꝙ multa
ex ip̄is ꝯstruūtur cū infinitiuo actō p̄cedēte. vt scio te legere. volo te
currere. Scda regula. Nomē adiectiuū nti casus ꝯstruitur sepe cū in
finitiuo. vt abilis legere. inept⁹ scribere. Et est impedimētū ꝯtra illā
regulā. Hinc ꝑsonale locabis. Verbū. Dictū est em̄ ante ꝙ post ntm̄
debet poni verbū finiti modi. hic aūt dicitur ꝙ post ntm̄ ponitur ver
bū infinitiui modi. Que aūt sunt adiectiua q̄ ita possunt ꝯstrui a ꝑte
post cū infinitiuo dicit iohānes monachi ꝙ sunt adiectiua que signi-
ficāt dispositionē ad agere vel ad pati. Illa aūt significant dispositio
nē ad agere vel ad pati que promptificāt substātiā ad agēdū. vt agi-
lis tenuis. Corpulēt⁹ aūt ⁊ crassicies indisponūt substātiā ad agendū
Postea alexāder in textu ponit aliud impedimētū cū dicit. Que iun-
ges v̄bo iunges ⁊ participāti. Si generi verbi sua significatio fiet.
Cōsona debetur illi ꝯstructio verbi. Sed ꝑsonale supponēs rect⁹ ha-
bebit. vult talē regulā. Participiū regit a ꝑte post eūdē casuz quē suū
verbū a quo descēdit. vt amās deū. ⁊ hoc est verū si ꝑticipiū est eius-
dē significatiōis cui⁹ generis est verbū a quo descēdit. Qd̄ dicitur no
tāter ꝓpt̄ ꝑticipia in ans vel in ens tminata q̄ descēdūt a verbis cō
munis generis. q̄a talia nō regūt eūdē casuz a ꝑte post sicut eoꝝ ver
ba. hoc em̄ verbū osculor regit indifferēter actm̄ vel abltm̄. sed oscu
lās solū regit actm̄. Et intelligitur hec regula de casu a ꝑte post ⁊ nō
a ꝑte ante. q̄a verbū ꝑsonale regit ntm̄ a ꝑte ante. sed in ratiōe suppo
siti. sed hoc nō ꝯuenit ꝑticipio. Et est ista regula impedimētū ꝯtra re
gulā ꝯstructionis verbi ꝑsonalis ꝑ ntm̄. Dictū em̄ est ante ꝙ post no
minatiuū debet poni verbū ꝑsonale. hic aūt dicitur ꝙ post nomiati-
uū participialem ponitur sepe obliquus participialis.

Notādū q̄rto ⁊ vltimo ꝙ alexāder in littera sequē
ti cū dicit. Aut ablatiui preeūt rectore soluti. Aut postponūtur. sed
vix inter̄seris illos vult talē regulā Si in aliqua ꝯstructōe ponūtur ab-
latiui positi in designatōe ꝯsequētie vel absolute positi tūc ab ip̄is po
test incipi ꝯstructio. vel etiā finiri ꝑ ip̄os. sz raro debēt poni i medio.
vt ibi. magistro legēte pueri ꝓficiūt. Rō aūt hui⁹ regule quare tales
ablatiui aut p̄ponūtur aut postponūtur. q̄a tales ablatiui ponūtur i
designatōe ꝯñe. ⁊ sic ponūtur loco oratōis q̄ habet se vt añs. sz añs i
different̄ p̄t p̄poni vel postponi ꝯñti. siue em̄ d̄r si sortes currit sortes
mouet vl' sortes mouet si sortes currit sp̄. hec ꝓpō sortes currit ē añs.

De ordine cōstructibiliū ⁊ de impedimentis

Est etiā intelligendū ꝙ tales ablatiui etiā aliquādo possunt poni in medio. nec alexander hoc negat. ⁊ ergo dixit raro. vt hic ponunt in medio. filius dei volente deo patre redemit mundū. ⁊ hec regula impedimentū cōtra regulas ante positas. vt dictū est ante ꝙ cōstructio debet incipi a ntō vel vocatiuo. vel a verbo ꝑsonali. hic aūt dicit ꝙ cōstructio debet incipi ab obliquis. vt ab ablatiuis positis absolute Postea alexāder cū dicit in textu. Appellans verbū substātiuumq; vel hoꝝ. Vim retinens post se rectū quandoq; locabūt. vult talē regulā. Verbū substātiuū: vocatiuū. vel verba habentia vires illorū verboꝝ requirūt a parte post ntm̄. Exēplū de verbo substātiuo sum homo. De vocatiuo. vocor cōradus. De verbo qđ habet vim verbi vocatiui. ordinor p̄sbyter. De verbo qđ habet vim verbi substātiui. vt sto erectus. Et est ista regula impedimentū cōtra regulā predictā in qua dictū est ꝙ post v̄bū ꝑsonale debet sequi obliqu⁹. hic aūt d̄r ꝙ post verbū ꝑsonale debet poni ntūs. Et subiūgit ꝙ iste modus construi ntm̄ post verbū nō solū cōuenit verbis p̄dictis. sed etiā verbis passiuis que habent ⁊ retinent significationē suoꝝ verboꝝ substantiuoꝝ. vt hic. cernit iustus. Et notandū ꝙ nō solum verba neutralia ⁊ passiua habent vim ⁊ naturā verbi substantiui. sed ⁊ communia ⁊ deponentia. q̄a om̄ia talia possunt resolui in ꝓpriū gerundiū ⁊ in verbū substantiuū. De cōi. vt iste osculat falsus. De v̄bo deponenti Ille loquit pōposus. id ē i loquēdo ē pōposus. Istis notabilib⁹ sic stātib⁹ est

Cōclusio respōsalis. Littera Alexādri de ordinatione cōstructibiliū. de impedimētis iam enumeratis cōtra regulas p̄dictas est bene assignata. Patet veritas cōclusiōis ex his que dicta sunt.

¶ Arguit p̄mo. Ordo cōstructibiliū nō debet incipi a vocatiuo. igit ꝓbatur. Ordo debet incipi a casu. q̄ significat in ratione p̄ncipij. sed vocatiuus nō significat in ratiōe p̄ncipij. igitur ordo nō incipit a vtō Maior. q̄a p̄ncipiū est ante finē Minor est autoris modoꝝ significādi. Dico verū argumentū cōcludit si ntūs ⁊ vocatiu⁹ hic cōparētur ad inuicē scd̄m rem ⁊ scd̄m significationē casualē. sed hic cōparantur in ordine ad actū verbi. respectu cuius vtūs significat ꝑ modū excitationis.

¶ Arguitur scd̄o. Ordo nō debet incipi a vtō. ꝓbatur. q̄a ordo incipitur ab aduerbio vocandi. vt dicēdo. o dn̄e q̄a ego seruus tuus. Dico ꝙ ordo bene incipit ab aduerbio cū impedimēto. sed hic fit mētio de inceptione ordinis sine impedimento.

¶ Arguit tercio. Post ntm̄ nō sequitur in debito ordine verbū ꝑsonale. igitur. Probatur antecedens. quia post nominatiuum sequitur genitiuus. Probatur in ista oratiōe. filiꝰ sortis. Dico verū est ꝙ ordine generali post ntm̄ debet poni verbū ꝑsonale. sed hic cōcutrit ordinatio specialis scilicet dictiōis recte post dictionē regentē.

¶ Arguitur quarto. Ordo nunq̄ debet incipi a verbo. ꝓbat̄ sic. maxime ꝙ ntūs deficeret in oratione ⁊ verbum personale poneretur. sed hoc nō potest fieri. ꝓbatur. posito vno correlatiuoꝝ ponitur ⁊ aliud sed appositū vt verbū dicitur correlatiue ad suppositū vt ad ntm̄. ergo si in oratiōe ponitur appositū vt verbū. etiā debet poni suppositū vt ntūs. Dico verū argumētū ꝯcludit ꝙ posito vno correlatiuoꝝ ponitur ⁊ reliquū expresse vel implicite. licet aliqn̄ in oratiōe ponit̄ verbū ⁊ nō ponit̄ suppositū expresse. tamē iplicite ī tali v̄bo subintelligit̄

¶ Arguitur q̄nto. Prepositio nō p̄cedit casuale qd̄ regit. igitur vna regula nō valet. ꝓbatur antecedēs. q̄a sequitur suū casuale. ꝓbatur in istis mecū: secū: pubet enꝰ: cordet enꝰ Dico verū argumētum cōcludit ꝙ absolute loquēdo p̄positio debet p̄cedere casum quē regit. tamē aliquādo figuratiue potest sequi. ⁊ hoc fit hic per anastropham.

¶ Arguitur sexto. Infinitiuꝰ nō potest cōstrui cū verbo a parte post igitur. ꝓbatur sic. In omni cōstructiōe cōstructibile posteriꝰ debet determinare priꝰ. sed in ꝯstructiōe tali hoc nō fieret nisi infinitiuꝰ adderetur verbo ꝑsonali a parte post. igitur infinitiuꝰ nō ꝯstruitur cū verbo. Maior est nota. Minor ꝓbatur. q̄a infinitiuꝰ significat infinite. ⁊ verbū indicatiui modi finite. modo infinitū nō specificat finitū. ꝫ potius ecōuerso finitū specificat ⁊ determinat infinitū. Dico verū argumētū cōcludit ꝙ infinitiuꝰ in ordine ad substātiā a parte ante ꝯsideratus ad quā infinitā ⁊ incertā habet inclinationē nō potest specificare aliud verbū. sed infinitiuꝰ ꝯsideratꝰ in ordine ad alios modos. ⁊ sic potest terminare dependentiam significatam ꝑ alios modos. vel vt alij dicunt ꝙ infinitiuus terminat dependentiam verbi non ratione sui significati verbalis. sed nominalis subintellecti. ⁊ sic ista valet tantū. volo legere. id est volo lectionem.

¶ Arguitur septimo. Infinitiuꝰ nō potest assumere ntm̄ a parte post ꝓbatur sic. q̄a prius dictū est ꝙ debet assumere actm̄. igitur nō ntm̄. Tenet ꝯsequētia. q̄a idem ꝯstructibile nō ꝯstruitur a parte ante cū diuersis casibꝰ. sed antecedēs patuit de regimine acti. Dico verū argumētū ꝯcludit ꝙ infiuitiuus vt infinitiuꝰ absolute req̄rit actm̄ a parte post in ratiōe suppositi. sed hic ꝯsiderat̄ infinitiuꝰ specialit̄. q̄ scilicet significat dispositionē vel indispositionē que disponit, vel indisponit

rem ad agendū ratione cuius ꝓprietatis potest construi cū nominatiuo a parte post.

¶ Arguitur vltimo. Littera alexādri est supflua. ergo male posita. ꝓbatur. q̄a alexāder prius determinauit de ꝯstructiōe nti a pte post ibi. Sepe vocās verbū sibi vult apponere rectū. Dico verū argumētū cōcludit ꝙ antea alexāder determinauit de ꝯstructiōe nti ⁊ regimine. hic aūt determinat ⁊ ostendit quō hoc fiat cū impedimenco regularum ⁊ modo construendi.

Quis qualis quantus cuius cuias quottus ⁊ quot
Missa relatiue penitus precedere debent
Obliquos verbo preiunges missa rogando
Hanc sua iungendi retinent aduerbia formam
Quis proprium nomen: ⁊ que substantia querit
Si proprium noui debet substantia queri
Qua nota proprio tantum de nomine quero
Communi per quis etiam de nomine queris
Quis bonus est aratro bos: quis natat in equore piscis
Quesitiua pares optant reddi sibi casus
Cum quia dum donec quoniam similesq; preibunt
Nanq; relatiui ius implicitum tenuere
Cunq; relatiuis de iure viam parat horum
Precedens decet obliquos quandoq; preire
Cum tenet hoc rectus: ac obliquus notat illud
Isti subueniunt sua mater vel pater eius
Verbum multotiens substantiuum petis extra
Mobilis ⁊ fixi naturam nosse decebit
Est adiectiuum vocis vel significati
Solius est generis adiectiuum variatq;
Cum numero casum velut hic venit vna sororum
Est inter fratres bonus aut de fratribus vnus

Cum diuersorum verbum rectis numerorum
interponatur vtrilibet equiparatur.
Sermones summi patris est meditatio iusti.

Utrū alie regule de impedimentis cōstructiōis ab alexandro sint bene assignate. pro intellectione questionis more.

Notandū primo q alexander cōtinuās in textu impedimenta cōstructiōis t ponit septimū cū dicit. Quis qualis quantus cuius cuias quottus t quot. Adiſſa relatiue penit⁹ precedere debent. t cetera. Et ponit duas regulas. Prima. Dictiōes in littera posite siue reneantur interrogatiue siue relatiue requirunt q eoz obliq transitiue cōstructi debent pponi scōm modū cōstruendi verbis cuz quibus cōstruuntur. vt quē vidistis pastores. Dico notāter scm modū cōstruendi. qa que ad regimen reguntur transitiue a parte post. t ratio regule est ista quare dictiōes interrogatiue pponūtur. qa dictio a parte post cōstructa terminat dependentiā illius cui postponitur sed dictiones interrogatiue sumpte nō possunt terminare dependentiā alterius cōstructibilis. qa significant confuse. qa interrogatiue modo dictio terminans alterius dependentiā significat determinatiue. Ratio huius quare dictiōes relatiue pponuntur. qa includunt naturā cōiunctiōis copulatiue cui repugnat postponi. sed preponi. Ratio hoz aūt quare relatiua includunt cōiunctionē copulatiuā. patet ex regula hugonis q dicit q relatiuū positū inter duo xba t referēs subiectū resoluit i t. t ille. vt iohānes currit q mouet. valet ista iohānes currit t ille mouet. Scōa regula. Aduerbia illoz interrogatiuoz relatiuoz etiā debent pponi suis xbis. vt qualiter habes. quare fecisti. Et pma regula est impedimentū cōtra istā regulaz. Tercius hinc casus t quartus sepe sequuntur. In qua regula dictum est q actūs debet sequi verbū. hic aūt dicitur q debet preponi. Similit est etiā impedimentū cōtra istā. Subde secūdū casum rectoz. Sed secūda regula est impedimentū cōtra istā regulā. Aut verbo subdes aduerbia. in qua dictū est q aduerbiū debet sequi verbum. hic aūt dicitur q aduerbiū debet pcedere verbū. Postea alexander ponit octauū impedimentū cū dicit. Cū qa dū donec quoniā similesq peribūt. Et vult talē regulā. Iste dictiōes cū qa dū donec quoniā t eis similes in significādo vt aduerbia similitudinis. demonstrandi. optandi eligendi pponuntur suis verbis in cōstruendo. vt cū venerit paracletus docebit vos oīa. Ratio. qa tales dictiōes habēt naturā relati

uorũ. sicut ergo obliqui relatiuoꝝ ꝑponuntur verbis in cõstruendo. sic ⁊ iste dictiones. Qꝫ aũt iste dictiões habeant naturã relatiuorũ patet ꝑ resolutionẽ oratiõis in qua ponuntur. Unde ista. Cũ venerit spiritus paraclitus. Resoluitur sic. In isto tempore in quo venerit spũs paraclit⁹. ⁊ in illo tpe docebit vos omnia. Et est impedimentuꝫ cõtra hanc regulã. Aut verbo subdes aduerbia. Notandũ ꝙ generaliter omne aduerbiũ debet sequi suũ verbũ. exceptis paucis aduerbijs que prepouuntur suis verbis. vt patet in his metris.

i. aduerbia q̃ ipor	aduerbia sili	aduerbia demõ	aduerbia	aduerbia
tãt ꝯtradictõꝫ ſmo	tudinis vt si-	strãdi vt en	eligẽdi vt	optandi
vt ꝑus ꝑusq̃	cut velut	ecce	poti⁹imo vt eya vtinã	
Quod pendet:	similat:	monstrat:	eligit:	optat.
scꝫ aduerbia pre	scꝫ cũ q̃bus	postponunt	alia oia	scꝫ sua verba
dicta	cõstruuntur		aduerbia	cũ q̃b⁹ ꝯstruũt
Precedunt	verba	succedunt	cetera	tantũ.

Notandũ secũdo alexander ponit vltimũ ⁊ nonuꝫ impedimentũ cõtra modũ cõstruendi prius dictũ cũ dicit in textu. Cũqꝫ relatiuis de iure viã parat hoꝝ. Precedẽs decet obliquos quãdoqꝫ preire. Cũ tenet hic rectus ac obliquus tenet illud. Illi subueniat sua mater vel pater eius. Et vult talẽ regulã. Quãdo antecedens ⁊ relatiuũ simul ponunt̃ in oratiõe. relatiuũ in ntõ. ⁊ antecedẽs in obliquo casu. tunc cõstructio est incipienda ab obliquo antecedẽtis. ⁊ nõ a relatiuo in ntõ posito. Ratio huius est ista. q̃a antecedens facit viã relatiuo. modo illud qd̃ facit viã alteri merito ei ꝑponit̃. Ratio autẽꝫ huius quare antecedens dicit̃ parare viã relatiuo. q̃a relatiuũ accipit significationẽ ab accidente. illud em̃ qd̃ antecedẽs significat ꝑmarie. hoc relatiuũ significat secũdario. q̃a relatiuũ est ante late rei recordatiuũ. Et est hec regula impedimentũ cõtra vnã regulã predictã que dixit ꝙ obliquus debet sequi verbũ. modo hic dicitur ꝙ obliquus debet precedere verbũ. Et sic patet ꝙ impedimenta cõstructionis peccãtia cõtra regulas octo predictas sunt nouem. que patent in his metris. Est primũ volo legere. abilisqꝫ secundũ. Lectionẽ resummens terciũ sole orienteqꝫ quartum. Sum bonus arguit̃ malus q̃ntũqꝫ sextũ. Septimũ cuius est tunica. qualiter habes octauũ. Isti sb̃ueniat sua mater est quoqꝫ nonum.

Notandũ tercio ꝙ postquã alexander determinauit de impedimentis nouẽ cõstructiõis. iam incipit determinare de

...mentis cōgruitatis. Et sunt sex regule. Unde impedimentū
congruitatis est incongrua dictionū in oratiōe positarum ordinatio
peccans cōtra regulas datas de cōgruitate. Prima regula tangitur
ibi. Quesitiua pares optant reddi sibi casus. Ubi alexāder vult talē
regulā. Interrogatiuū ⁊ respōsiuū debent cōuenire in casu. vt q̄s cur
rit. respondet̄ petrus. Et habet regula veritatē quādo interrogati-
uū ⁊ responsiuū regunt̄ ab eodē regente. q̄a si regunt̄ a diuersis regē
tibus nō oportet ea cōuenire in casu. vt hic. Qualitas noīm in quo
est. respondendo Bipartita est. vbi interrogatiuū quo est ablatiui ca
sus. ⁊ responsiuū bipartita est nti casus. sed nō est ꝯtra regulā. q̄a int̄
rogatiuū quo regit̄ a p̄positōe in a parte post ex vi nature. sed respō-
sum bipartita regit̄ a verbo substātino a parte post ex vi persone. et
cōtra istā regulā alexander nō ponit impedimentū. sed improprieta-
tem cū dicit. Quis nomen ꝓpriū ⁊ que substantia querit. Si ꝓpriuz
noui debet substantia queri. Qua nota ꝓprio tm̄ de noīe quero. Com
muni per quis etiā de noīe queris. Quis bonus est aratro bos: quis
natat in equore piscis. In qua littera alexander vult quattuor regu
las. Prima hoc interrogatiuū q̄s quādoq̄ querit de noīe ꝓprio. quā
doq̄ aūt de substātia rei. Et capit̄ hic substātia cōmuniter ꝓ esseutia
quomodo accidētia etiā habent substantiā. Exēplū p̄mi. Quis cur-
rit. respondet̄ petrus. Exemplum secūdi. Quis color est priuatio al
bedinis. respondet̄ niger. Secūda regula. Cognito noīe ꝓprio alicu
ius rei nō tamen habita determinata cognitiōe substantie. tūc ꝑ q̄s
possumus interrogare de substantia rei. ⁊ tunc debet responderi pro
nomen demonstratiuū vel relatiuū. vt si aliqui essent corā me quoꝝ
noīa sunt mihi cognita. ⁊ ego interrogo. Quis ex vobis est cursor.
respondet̄ ille. Tercia regula. Substātia rei cognita ⁊ noīe ꝓprio i-
cognito tunc quis querit de noīe ꝓprio. ⁊ tunc respondet̄ nomē pro-
priū. vt posito q̄ viderē aliquē ⁊ nosco eū. sed ignoro nomē eius tūc
quero. Quis vocat̄. ⁊ respondet̄ iohānes. Quarta regula. Ad inter
rogationē factā ꝑ q̄s etiā possumus respōdere nomē appellatiuū tūc
tenet̄ indiuidualiter. eo q̄ tale nomen ponit̄ circa verbū q̄d significat
actū. modo actus sunt suppositoꝝ. vt patet p̄mo methaphisice.

Notādū quarto ⁊ vltimo Secūda regula ꝯtra quā
autor ponit impedimenta est adiectiui ⁊ substātiui. Et est hec regu-
la. Adiectiuū ⁊ substātiuū debent conuenire in tribus. in numero et
in genere ⁊ in casu. vt albus homo. Et contra hanc regulā autor po
nit quattuor impedimenta. Primū quādo adiectiuū ponitur partiti-

ue. Et hoc alexander tangit ibi. Adobilis et fixi naturā nosse decebit Et ibi ponit diuisionē adiectiuoꝝ dicens q̄ adiectiuum est duplex. Quoddā vocis tm̄. scilicet quod mouetur de genere in genus. sed nō significat aliquā dispositionē accidentalē. vt vnus vna vnū. Et dicit vocis tm̄. qa solū habet terminationē z vocē nois adiectiue. Similiter .pnoia demonstratiua primitiua dicunt̄ adiectiua vocis tm̄. Aliō autem est adiectiuū significati tm̄ quod significat dispositionē accidentalem. nō tamen est mobile de genere in genus. vt cpūs magister Et ex his diuisionibus duabus tanq̄ extremis alexander dat intelligere mediū scilicet q̄ quoddā est adiectiuū vocis z significati simul. quod scilicet mouetur de genere in genus. z est connotatiuū alicuius dispositionis accidentalis. vt albus niger. Et vult alexander talē regulā. Aliquando solū adiectiuū cōuenit cū substātiuo suo in genere. z diſcōuenit cū eo in numero z casu. vt vna sozoꝝ. vnus fratrum. vna sabbatoꝝ. sed hoc nō est ꝓtra regulā adiectiui z substantiui. Ratio q̄a regula intelligit̄ q̄ adiectiuū z substātiuū debent ꝓuenire in tribus. verū est de adiectiuo non partitiue tento. modo vnus est adiectiuus quod importat partitionem. Et etiā regula intelligit̄ de adiectiuo vocis z significati simul. modo vnus est adiectiuū vocis tm̄. Vel etiam possumus dicere q̄ in ista. vna sozoꝝ. sozoꝝ non est substantiuum huius adiectiui vna. sed hoc substantiuū sozor subintellectū. z sic valet tm̄. vna sozor sozoꝝ. vna sabbatoꝝ. vna die sabbatoꝝ. vnus frater fratrū. Secundū impedimentū contra regulā adiectiui z substantiui tangit alexander ibi. Sic adiectiuū reperimus sepe locatum. Est coluber factus vel facta mystica virga. Et est hoc. Adiectiuū positus inter substantiua diuersoꝝ generum potest cōformari cū vtroq; substantiuo in genere. vt coluber est factus vel facta mystica virga. In quo exemplo hoc adiectiuū factus ponitur inter duo substantiua scilicet coluber z mystica virga diuersorum generū. z potest cōformari cū vtroq;. Possumus enim dicere coluber est factus mystica virga. vel coluber est facta mystica virga. Dicit enim iohannes ianuensis q̄ adiectiuū positū inter duo substantiua magis ꝓprie conformatur se cū sequenti q̄ precedenti. vt bos est vtile animal. tamen hoc fallit in quibusdam participijs. vt cum dicimus. Aqua est facta vinus. Sequitur corollarie q̄ ista est magis congrua. Coluber est factus mystica virga. q̄ illa coluber est facta mystica virga. Patet corollarium innotabili.

...ans est duplex. Una est ratio qua potest fieri. ⁊ est idem ...s illoꝝ substãtiuoꝝ. q̃a idem significat coluber ⁊ mistica virga. Sed ratio quare oportet fieri est debita exp̃ssio sentẽtie. q̃a moyses voluit significare ꝙ coluber fuit factus virga. ⁊ ecõuerso virga coluber. ⁊ q̃a vltimo coluber magis virga. ergo dixit mystica virga Terciũ impedimentũ cõtra hãc regulã tangit alexander cũ dixit. Inuenies iunctũ possessiuo genitiuũ. Ut mea defuncte da mollit ossa cubare. Et vult talẽ regulã. Dictio possessiua cõstruit sepe cũ gtõ rei possesse sub discõformitate ⁊ discõuenientia casus. vt in exemplo p̃dicto vbi hoc possessiuũ mea existens pluralis numeri. neutrius generis. cõstruit cũ illo genitiuo participiali adiectiuali scilicet defuncte sub diuersitate generis numeri ⁊ casus. Admittit aũt hec ꝓprietas ꝓpt hoc ꝙ possessiuũ includit gtm̃ sui primitiui. ratione cuius illud possessiuũ potest cõstrui cũ gtõ adiectiuuali. ⁊ ergo ista mea defuncta conceditur loco illius. mei defuncte. tenendo mei in primitiuo in feminino genere. Quartũ impedimentũ cõtra hãc regulã tetigit alexãder cũ dixit. Sunt adiectiui plures in distribuente. Et vult alexander talem doctrinã. Nomen distribuitiuũ singularis numeri addit aliquando adiectiuo pluralis numeri sub disconformitate vt hoc totũ supponit ⁊ suppositũ reddat respectu verbi pluralis numeri. vt vtraqꝫ formose me iudice sunt venerande. In quo exemplo hoc distribuitiuũ vtraqꝫ singularis numeri. additur huic adiectiuo formose pluralis numeri sub disconuenientia numeri. ⁊ totũ refert ad hoc appositũ sunt etiã sub discõuenientia numeri. Ratio excusans est cõuenientia noĩs distribuitiui tam cũ adiectiuo pluralis numeri q̃ꝫ etiã cũ verbo in significato. om̃is em̃ distributio fit in multa. ⁊ respectu multoꝝ vt dicũt logici. Quintũ impedimentũ tãgit ibi. Adiectiuũ modo poni reperim⁹ eodẽ. Pars hoĩm validi turres ⁊ menia scandunt. Et vult talem doctrinã. Adiectiuũ sepius in oratione construit cum substantiuo nõ expresse posito sed subintellecto. vt in exẽplo littere. hoc nomen adiectiuũ validi nõ cõstruit cũ isto substantiuo pars. q̃a secum disconuenit in genere ⁊ in numero. sed cõstruit cũ substantiuo subintellecto scilicet hoĩes. valet enim predicta oratio tantũ. validi hoĩes vel ethyopes qui sunt quarta pars grecoꝝ scandunt turres ⁊ menia in destructione troye. Vitiũ in oratione predicta est discõuenientia adiectiui cũ substantiuo. Sed ratio excusans est aptitudo intelligendi cõueniens substantiuũ cũ adiectiuo expresso. Tercia regula contra quã alexander ponit impedimenta est de supposito ⁊ apposito. ⁊

est ista. Suppositū ⁊ appositū debent conuenire in tribus. in numero in persona ⁊ in rectitudine casuali. vt homo currit. Et cōtra hāc regulā alexander ponit duo impedimenta. Primū tangit cū dicit. Cuius diuersoꝝ verbū rectis numeroꝝ. Interponat vtrolibet equiparatur. Sermones summi patris est meditatio iusti. Et vult talem doctrinā ex littera. Quando verbū substantiuū ponit inter noiatiuos diuersoꝝ numeroꝝ. tale verbū potest se conformare tam cū nominatiuo p̄cedente q̄ sequente. vt. Sermones summi patris est meditatio iusti In quo exemplo sermones ⁊ meditatio sunt noiatiui diuersoꝝ numerorum. Et illud verbū substantiuū est potest se cōformare cū vtroq; in numero. Et nō est intelligendū q̄ idem verbū scdm vocē posset se cōformari cū vtroq; ntō in numero. q̄a tunc idem verbū esset singularis ⁊ etiā pluralis numeri. sed est intelligendū q̄ idem verbū scdm se vel ei⁹ cōdecliniū cōformat cū vtroq; ntō in numero. Vitiū ⁊ impropriētas est discōuenientia suppositi ⁊ appositi in numero. Hec enī nō est congrua. Sermones summi patris est meditatio iusti. Sed ratio excusans hoc vicium est duplex. scilicet ratio qua potest fieri. ⁊ ratio quare debet fieri. Ratio qua potest fieri est ydemptitas dictionis pluralis numeri cū ntō singularis numeri. q̄a idem est dicere in re. sermones summi patris. et meditatio iusti. Sed ratio quare oportet fieri est expressio sententie scdm mentē psalmiste. Voluit enim dauid ostendere q̄ sermones dei sunt multi. ⁊ q̄ homines dei habent se vnitate ad illos sermones custodiendos. saltem boni. ergo posuit vnum in singulari numero ⁊ aliud in plurali numero. Secūdū impedimentū contra regulā suppositi ⁊ appositi tetigit alexander cū dixit. Sūt adiectiui plures in distribuente. vt prius est dictū. vt in isto exēplo. Vtraq; formose sunt me iudice venerande. In quo exemplo hoc suppositū vtraq; est singularis numeri. ⁊ appositū sunt est pluralis numeri. Sequit corrollarie q̄ in eadē oratione potest esse impedimentum cōtra duas regulas grāmaticales. vt patet in p̄mo exemplo p̄dicto. In isto enim exemplo est impedimentū contra regulā adiectiui ⁊ substantiui vt dictū est ante. ⁊ etiā est impedimentū cōtra regulā suppositi ⁊ appositi. sed hoc nō est incōueniens. q̄a hoc fit scdm diuersos respectus ⁊ modos. Istis notabilibus sic stantibus est

Cōclusio respōsalis. Littera alexādri de impedimētis cōgruitatis cōtra regulas grāmaticales p̄dictas est sufficienter assignata. Patet veritas conclusionis ex his que dicta sunt.

¶ Arguit p̄mo. Dictiōes interrogatiue obliqui casus nō debent p̄-

poni suis verbis. igitur conclusio falsa. Probat antecedens. Illud qd significat transitiue de poni ⁊ construi a parte post. sed dictiones interrogatiue obliqui casus significant transitiue. igit tales dictiones debent cōstrui a parte post. Maior est nota. q̄a sicut casus q̄ cōstruit intransitiue ponit a parte ante. sic casus q̄ cōstruit transitiue debet locari a parte post. Minor est nota. q̄a ntūs ⁊ vtūs significant intransitiue. obliqui aūt significant transitiue. Dico verū argumentū cōcludit ꝙ dictiōes ⁊ obliqui interrogatiui quo ad modū cōstruendi ponūtur a parte post. sed quantū ad modū regendi bene regunt a pte post.

¶ Arguit secūdo. Littera alexandri est falsa. igit male posita. Probatur antecedens. q̄a autor dicit in textu ꝙ quis posset teneri relatiue. qd tamen falsum est. q̄a q̄s semp tenet interrogatiue vel infinite Dico ꝙ alexander nō vult ꝙ oēs dictiones hic posite teneri possunt relatiue. sed vult ꝙ alique. Et sic argumentū nō cōcludit.

¶ Arguitur tercio. Nullū aduerbiū debet p̄poni suo verbo. ergo littera alexandri nō valet. Probat sic. Om̄is determinatio debet sequi suū determinabile. sed omne aduerbiū est determinatio verbi. ergo om̄e aderbiū debet seq̄ verbū. Maior est nota. q̄a cōstructibile determinans debet sequi illud qd determinat. modo aduerbiū determinat verbū. Minor. q̄a omne aduerbiū est vi verbi adiectiui. vt dicit priscianus p̄mo minoris. Dico verū argumentū concludit ꝙ quantū est de ratione generali aduerbij tunc omne aduerbiū debet sequi suum verbū. sed si superuenerit specialis ratio tunc nō oportet qd cōtingit hic in aduerbijs interrogatiuis ⁊ alijs. vt declaratum est in p̄mo notabili.

¶ Arguit quarto. Quis nō q̄rit de sb̄stātia rei. ergo littera alexādri falsa. Probat sic. q̄a quis etiā querit de accidente rei. Probat in isto exemplo. Quis color cōgregat visum. respondet niger. Dico verū argumentū cōcludit ꝙ quis etiā querit de substantia rei. ⁊ dico q̄ substantia hic debet capi cōmuniter pro essentia. modo accidens etiam habet essentiā ⁊ naturā. licet nō ita pfectā sicut substantia.

¶ Arguitur q̄nto. Littera alexandri nō valet. Probat. Ista littera est male posita que peccat contra p̄ncipia grāmatice. sed littera alexandri est huiusmodi. Maior est nota. q̄a cōtra negantē p̄ncipia nō est disputandū. vt patet p̄mo phisicoꝝ. Minor patet. q̄a alexāder dicit ꝙ aliquando adiectiuū conuenit cū substantiuo solum in genere. vt vna soroꝝ. Dico ꝙ nō est contra regulam. q̄a regula intelligit de adiectiuo vocis ⁊ significati simul. modo ibi est adiectiuū vocis tm̄.

ergo nō oportet ea cōuenire in accidentibus tribus.

¶ Arguitur sexto. Adiectiuū ⁊ substantiuū nō cōueniunt in tribus. ergo fundamentū alexandri est male positū. Probat antecedens in ista oratione. Nos iohannes dei gratia. Probat. qa adiectiuū scilicet nos pluralis numeri. ⁊ substantiuū iohannes est singularis numeri. Dico q regula adiectiui intelligitur de oratione simpliciter cōgrua. modo hec oratio. Nos iohannes dei gratia est figuratiue congrua. quia in ea commutatio euocatio.

¶ Arguitur septimo. In ista oratione. Utraq; formose nō est impedimentum contra regulam adiectiui ⁊ substantiui. igit. Probat antecedens. In ista oratione est impedimentum contra regulam suppositi ⁊ appositi. ergo nō adiectiui ⁊ substantiui. Tenet consequentia. qa in vna oratione non potest esse duplex impedimentum. Dico verum est q in ista oratione vtraq; formose est impedimentū contra regulā suppositi ⁊ appositi. habendo respectū ad adiectiuū tunc est impedimentum contra regulam adiectiui ⁊ substantiui. ⁊ non est inconueniens in vna oratione esse plura impedimenta sub diuersis respectibus Sicut non est impossibile eundem hominem infirmari diuersis infirmitatibus.

¶ Arguitur vltimo. Uerbum substantiuum positum inter duos nominatiuos non potest se conformare cum vtroq; in numero. Probatur. quia verbum substantiuum positum inter constructibilia diuersarum personarum nō conformatur cum vtroq; in persona. ergo nec in numero. Tenet consequentia. quia ad congruitatem orationis requiritur tam conuenientia numeri q̄ persone. quia suppositum et appositū debent conuenire in numero ⁊ etiam in persona. Dico q non est simile de numero ⁊ etiam de persona. quia persona est accidens magis principale q̄ numerus. ⁊ ergo requiritur conuenientia persone. sed non numeri.

Quando relatiuum generum casus variorum
Inter se claudunt qui rem spectant ad eandem
Per genus hoc poterit vtrilibet assimilari
Est pia stirps yesse: quem christum credimus esse
Sic adiectiuum reperim⁹ sepe locatum

Et ecclubet facta vel factus mystica virga
Ponere suprema duo non debes sine causa
Occurretq; tibi quandoq; relatio simplex
Femina que clausit vite portam reserauit
Ad partem vocis de iure relatio fiet
Extra sepe tamen queras ad quod referatur
Rex est cognoti patrie que preualet omni
Sepe relatiuo conformari reperitur
Precedenti illi cuj presidet immediate
Sermonem quem vos audistis verus habetur
Usu communi tamen hoc non debet haberi
Inuenies iunctum possessiuo genitiuum
Ut mea defuncte da molliter ossa cubare
Sepe relatiuum pro parte refertur ad ipsum
Ut mea scripta legis qui sum submotus ad bystrum
Ponis ob id solum precedens sepeq; inde
Certa relatio fit. tua virga tuus baculusq;
Ipsa mihi vere prebent solatia vite
Ad verbum sepe vel adiectiua relatum
Inuenies fugio aut piger es mihi quod procul abssit
Pro sola voce supponit sepe relatum
Quamuis precedens supponat significando
Dat deus aureolam quod nomen habetur ab auro
Estq; relatiuis precedens materialis
Homen equirrea sic nobis placet illa videri
Sepe relatiuum permutat significatum
Sunt domini que nos fecere manus crucifixi
Et numerum mutat hominem diuina potestas.

Plasmat: eosq; marem factor creat t mulierem
Inuenies positum sine precedente relatum
Ipsa petenda mihi iuno de pellice dixit
Flens magdalena querit si sustulit illum
Indefinite precedens siue relatum
Sepe locas: nullum designans inde locatum
Cuncta timent hominem: quia presidet ille creatis
Et personalem permutat proprietatem
Ut domino benedic aqua que celos superextat
Sed non est nobis imitanda relatio talis
Non des ad vocem quandoq; relata sed ad rem
Nominis: est bona gens: deus est protector eorum
Adiectiua modo poni reperimus eodem
Pars hominum validi turres t menia scandunt
Sunt adiectiui plures in distribuente
Hinc etiam verbum reperis plurale locatum
Utraq; formose me iudice sunt venerande
Sed non est nobis constructio congrua talis
Impersonalis fit demonstratio sepe
Sal monstrans dicit: te misit aquis heliseus
Equiualens geminis harum si iungitur vni
Dictio: pro reliqua tantummodo debet haberi
Sic visu cecum: visu dic esse carentem
Quando negatiuum verbo constructio iungit
Obliquum: per non exponere conuenit illum.
Aut simul exponi debet constructio tota.

Utrū impedimenta cōtra regulā antecedentis tra-
latiui ab alexandro sint sufficienter assignata. Pro intellectione que-
stionis mote notandū primo q; alexander determinauit de impedimē-

t.

tis cōtra regulā suppositi ⁊ appositi. ⁊ adiectiui ⁊ substantiui iam in cipit determinare de impedimentis cōtra regulā relatiui ⁊ antecedentis. Et p̄mū tangit cū dicit. Quando relatiuū generū casus vari orum. Inter se claudunt: qui rem spectant ad eandē. Per genus hoc poterit vtrolibet assimilari. Est pia stirps yesse que xp̄m credim⁹ esse Et cetera. Et vult talē doctrinā. Relatiuū positū inter casus diuer sorum generū. qui casus spectant ad eandē rem. tunc tale relatiuum potest conformari cū vtroq; in genere. vt. Pia stirps yesse est quem xp̄m credimus esse. In qua oratione hoc relatiuū quē ponit̄ inter dictiones diuersoꝝ generū. scilicet pia stirps. qd̄ est generis feminini. ⁊ christū qd̄ est generis masculini. ⁊ pia stirps ⁊ xp̄m significant eandē rem. ⁊ potest se cōformare cū vtroq; in genere. ⁊ hoc scd̄m se vel eius condeclineū. q̄a possum dicere. Pia stirps iesse est quā stirpem credimus esse xp̄m. Vel possumus dicere. Pia stirps yesse est quē xp̄m credimus esse. Ratio excusans hoc viciū est duplex. Ratio qua potest fieri ⁊ est ydēptitas significati dictionū diuersoꝝ generū vel casuū inter quas ponit̄ relatiuū. Ratio quare oportet fieri est expressio sententie. Voluit em̄ ꝓpheta exp̄mere q̄ stirps yesse est vnde natus est xp̄s. Posuit ergo relatiuū in masculino genere vt significaret q̄ xp̄us esset membrum principale illius stirpis. Si ergo posuisset in feminino genere nō ita bene hoc expressisset. sed denotasset q̄ xp̄s fuisset origo illius stirpis. qd̄ est falsum. q̄a yesse pater dauid fuit eius origo. licet xp̄s fuit membrū p̄ncipale illius stirpis. Secundū impedimentū tangit alexander cū dicit. Occurret q; tibi quādoq; relatio simplex. Femina que clasit portā vite reserauit. Et vult tantū q̄ relatio grāmaticalis est duplex. scilicet personalis ⁊ simplex. Relatio simplex ē quando ꝓpositio simplex in qua ponit̄ antecedēs. ⁊ ꝓpositio in qua ponit̄ relatiuū nō verificant̄ pro eadē re in numero. sed bene in specie vt femina clausit portā vite que reserauit. vbi antecedens femina capitur pro eua: ⁊ relatiuū que capit̄ pro beata virgine. Sed relatio p̄sonalis est in qua antecedēs ⁊ ꝯsequēs capiunt̄ pro eadē re in numero. vt homo currit q̄ mouet̄. in qua oratiōe antecedēs scilicet homo. ⁊ relatiuū q̄ capiunt̄ pro eadē re in numero. Improprietas est hec q̄a relatiuū debet facere secūdā noticiā de antecedēte eodē. qd̄ nō cōtinget in relatione simplici. eo q̄ in tali significat̄ alia res in numero Ratio excusans est cōuenientia rerū in specie. Alexander postea ponit terciū impedimentū cū dicit. Extra tamē queris. ⁊ est hoc. Relatiuū quādoq; refert̄ ad antecedēs subintellectū ⁊ nō expresse positum. vt

rex est cornoti que p̄ualet om̄i patrie. vbi hoc relatiuū que nō refert ad hoc antecedens scilicet cornoti. q̄a discōueniunt in genere. Cornotū em̄ est generis neutrius. ⁊ relatiuū que generis feminini. sed refert ad hoc antecedēs subintellectū. q̄a valet tm̄. Rex est cornoti in tali ciuitate. que ciuitas scilicet cornoti cornotū preualet om̄i patrie. id est est melior q̄ aliqua ciuitas patrie. Impropriet as est discōuenientia relatiui ⁊ antecedētis in genere. Ratio excusans. quia superius potest intelligi in suo inferiori. vt ciuitas intelligit in hoc quod est cornotū. Alexander ponit post hoc quartū impedimentū cū dicit. Sepe relatiuū pro parte refertur ad ipsum. Vt mea scripta legis: qui sum submotus ad hystrū. Alexander vult tale documentū. Relatiuū quādoq̄ refertur ad suū antecedens nō expresse positū. sed primitiuum in antecende inclusum. vt in exemplo predicto. in quo hoc relatiuū qui nō refertur ad hoc antecedens scilicet mea scripta. sed ad hoc primitiuū ego. quod includit in illo deriuatiuo mea Et est exēplū Ouidij in libro tristiū. Et valet p̄dicta oratio tantū. Tu legis mea scripta q̄ scilicet ego sum submotus. id est in exiliū missus. ad histrū vbi fluit talis fluuius. Improprietas est discōuenientia relatiui cū antecedente expresse posito. Ratio excusans. quia possessiuū includit primitiuum. sicut effectus causam ratiōe cuius inclusionis admittitur talis relatio

Notandū secundo q̄ alexander quintū impedimētum cōtra naturā relatiui ⁊ antecedentis tangit in textu cum dicit. Sepe relatiuo conformari reperit. Precedens illi dū presidet immediate. Et est hoc impedimentū contra modū cōstruendi relatiui. Pro quo notandū scdm intentionē iohānis monachi relatiuū ⁊ antecedēs diuersimode ordinant in oratione. Quandoq̄ enim ordinant cum diuersis verbis ⁊ mediate. sic q̄ relatiuū cōstruat cū vno verbo ⁊ antecedens cū alio. ⁊ tunc discōueniūt in casu. vt sortes est homo quē diligo. Ratio. q̄a diuersa verba requirunt diuersos casus. Quandoq̄ autem antecedens ⁊ relatiuū cōstruunt immediate respectu eiusdē verbi. vel etiā respectu diuersoꝝ. ⁊ sic debent esse diuersoꝝ casuum. vt sortes quē percussi est homo. Et cōtra illū modū cōstruendi est hic impedimentū. Vult ergo alexander tale documentū. Aliquando relatiuū immediate cōiungitur antecedenti. ⁊ tamen cōueniunt in casu. q̄d est cōtra modū cōstruēdi relatiui ⁊ antecedentis. vt sermonē quē vos audistis ver⁹ habet. Sil' hic. Vrbē quē statuo vestra est. Deberet em̄ dici. Sermo quē vos audistis ver⁹ habet. ⁊ sic ꝯmittit i littera figura que dicit antitesis. que habet fieri quando casus ponit pro casu. ⁊ sic actūs ponit pro ntō.

...est. qa est ordinatio cōstructibiliū cōtra cōmunē mo-
...construendi relatiui ⁊ antecedētis. Ratio excusans est autoritas
antiquoꝝ. Primo em̄ celi dicit. Oportet patribus credere. Alexāder
post hoc ponit sextū impedimentū cōtra naturā relatiui ⁊ antecedē-
tis cū dicit. Ad verbū sepe vel adiectiuū relatū. Inuenies fugis aut
piger es quod mihi ꝓcul absit. Et vult tale documentū. Relatio grā
maticalis fit sepe ad nomen adiectiuū vel verbū. vt tu fugis. qd̄ scili
cet fugere absit mihi ꝓcul. Improprietas ⁊ viciū ē. qa om̄e relatiuū
significat substantiā generalē ⁊ infinitā. ⁊ hec nō potest specificuri ꝑ
adiectiuū vel verbū. verbū em̄ significat actū ⁊ accidens. similiter et
adiectiuū. mō accidens uihil potest specificare. Ratio excusans est i-
clusio rei verbalis nominaliter significate per nomē verbale. vt fuge
re includit fugā ratione cuius fit relatio. Similiter nomē adiectiuū
includit significatione materiali substantiā. ratione cuius fit relatio
Postea alexander ponit septimū impedimentū cū dicit. Pro sola vo-
ce supponit sepe relatū. Quamuis precedens supponat significando
Dat deus aureolā qd̄ nomen habet ab auro. Et vult tale documen-
tū. Antecedens supponit sepe significatiue ⁊ accipit i suppositione ꝑ
sonali. ⁊ relatiuū rēfert ipsum pro sola voce. vt i exemplo littere. Si
militer Xp̄us natus est in bethleem iude. qd̄ interpretat domus pa-
cis. Improprietas vel viciū est. qa relatiuū debet facere secūdā noti
ciā de antecedēte. hoc aūt tollit quādo antecedens ⁊ relatiuū signifi
cant diuersa. Ratio excusans. quia in qualibet dictione sunt duo. vox
⁊ significatū. si ergo dictio aliquāo potest poni pro significato. etiam
potest poni pro sola voce. Alexander postea ponit octauū impedimē
tū cū dicit. Estq; relatiuis precedens materiale. ⁊ vult tale documē
tū. Antecedens aliquando capit ⁊ supponit materialiter. ⁊ relatiuuꝫ
ip̄m antecedens pro suo significato vltimato. vt Nomen equirrea sic
nobis placet illa videre. In quo exemplo hoc antecedēs equirrea ca
pitur pro voce tm̄. ⁊ hoc relatiuū illa pro re. Equirrea aūt est locus
in quo equi examinant in cursu. Et dicit a noīe equus ⁊ a verbo ruo
ruis ruere quod significat cadere. qa ibi sepius cadunt equi. Impro-
prietas aūt ⁊ ratio excusans est eadem cū improprietate ⁊ ratione
impedimenti precedentis.

Notandū tercio. Alexander ponit nonū impedimē
tū cū dicit. Sepe relatiuū ꝑmutat significatū. Sunt dn̄i que nos fece
re manus crucifixe. Ubi alexander vult tale documentū. Antecedēs
equiuocū sepe ponitur in oratione. ⁊ tunc antecedens capit pro vno

